

feritur. Vñ hoc erit idem tēpus lino & papaueri ferendo. Cato de papauere ita tradit, Sarmenta quæ in fatione tibi superāt cōburito, ibi papauer syluestre ferito, quod miro vsu est melle decoctū ad faucium remedia: vīsq; somnifera etiam fatiuo. Seritur autūno & vere. Papauer & anethū eādem habent cōditionem fatio-
 5 nis, quā atriplex. Februario sicuti Nouembri feritur, Septēbri etiam locis calidis, & siccis, cum alijs oleribus. Fertur vtilius prouenire vbi virgæ & sarmenta cōbu-
 sta sunt. Papauer vulgus Gallicū *pauotum* vocitat, aliàs *olietam*, folijs pallidis, rotū-
 dis, per ambitū corrugatis, nullóq; pediculo adhærentibus, flore ex candido leni-
 ter puniceo, alabastris serrato operculo clausis, in quibus atrum semen. Alterum
 10 etiam maius, folijs longis sinuosisq; seminis candore à priore distans. Satiui pa-
 paueris semen, vt Galenus scriptum reliquit, panibus vtiliter vt sesamum insper-
 gitur, ad quem vsus candidū præfertur. Refrigerandi naturā habet, quapropter
 somnū conciliat: si tamē plus iusto sumeretur, soporem pareret. Aegre coquitur.
 Tussim pulmonū ac thoracis vitio concitatā cōpescit. Acutas à capite defluxio-
 15 nes arcet, sed nullum effatu dignū corpori ministrat alimētum. Satiui calyx è vi-
 no bibitur somni causa. Semen elephātiasī medetur. E nigro papauere sopor gi-
 gnitur. Cum turgescit hora diei sereni, hoc est cū ros in eo exaruit, inciditur sub
 capite & calyce, nec alio in genere ipsum inciditur caput. Succus lana excipitur,
 vel vngue pollicis, si exiguus est, vt lactucis. Et postero die magis quod inaruit,
 20 largus densatur, & in pastillos in vmbra siccatur, nō vi soporifera modo, verū etiā
 si copiosior hauriatur, mortifera per somnū, opion vocāt. Audiuimus quosdam,
 cum valetudo impatibilis, odiū vitæ fecisset, hoc succo sibi mortē cōsciuisse. Era-
 sistratus in totū vsus dānauit, vt lethiferū infundi vetans, præterea quoniā visui
 noceret. Verū postea vsus nō improbatus est medicamēto nobili quod diacodion
 25 vocāt. Semine eius trito in pastillos è lacte vtuntur ad somnū, itē ad capitis dolo-
 res cū rosaceo. Cū hoc auriū dolori instillatur. Podagris illinitur cū lacte mulierū.
 Sic & folijs ipsis vtūtur, item ad ignes sacros, & vulnera cū aceto. Nigrū cœliacis
 in vino datur. Satiuū decoquitur, & bibitur contra vigilias, eadēmq; aqua fouent
 ora. Cum capita ipsa & folia decoquūtur, succus meconiū vocatur, multo opio
 30 ignauior. Experimentū opij primū in odore, syncerū perpeti nō est: mox in lucer-
 nis, vt pura luceat flāma, vt extinctū demū oleat, quæ in fucato nō eueniūt. Accē-
 ditur quoq; difficilius, & crebro extinguitur. Est synceri experimentū & in aqua,
 quia nebula innatat. Aestiuo sole sudat, & se diluit donec simile recēti succo fiat,
 fictū in pustulas coit. Mnesicles optimè seruari putat hyoscyami semine adiecto,
 35 alij in faba. Adulteratur hoc Alexādriæ. Refrigerādi omnibus vis vt Dioscorides
 perhibet: proinde folia, & calyces decoquunt in aqua, vt fotu somnū accersant. Bi-
 bitur decoctū cōtra peruigilia. Calyces triti & illiti cū polenta ignes sacros restin-
 gūt, collectiones refrigerāt. Tundūtur autē virētes, mox in pastillos cogūtur, qui
 siccati reponūtur ad vsū. Capita quoq; in aqua coquūtur ad dimidias, iterūq; ad-
 40 iecto melle, quoad in eclegmatis lentorē spissescat. Id medicamentū tussibus, flu-
 xionibus fauciu, cœliacis affectibus opitulatur, dolores sopiēs. Efficacius tamē red-
 ditur addito hypocisthidis succo & acacię. Semē vero papaueris nigri tritū bibi-
 tur ad citā aluum, & profluvia mulierū. Cōtra vigilias ex aqua tēporibus & frōti
 illitū prodest. Succus eius maiore vi refrigerat, inspissat, & siccatur. Is erui magnitu-
 45 dine haustus somnifica vi dolores finit, cōcoquit, & somnū allicit, tussi & aluinis

auxiliatur: largior nocet, lethargū enim facit & iugulat. Idem cū rosaceo ad dolores capitis infunditur. Auriū vero doloribus cum amygdalino, croco, & myrrha instillatur. Ad epiphoras oculorū cum luteo oui tosto vtuntur, item ad ignes facros, & vulnera cum aceto. Podagras refrigerat cum lacte mulierum & croco. Additus in sedem pro balano somnum conciliat. Optimus intelligitur densus & grauis, & qui soporem odore mox pariat, gustu amarus, & aqua facile liquefcens. Probatur in eo læuor & candor, scabritia damnatur & colostratio, & qui subinde cum percolatur coit vt cera. Experimentum & illud synceri habetur, vt sole positus diluat sese: vt q; in lucernis accenso pura luceat flamma, extinctūsq; demum oleat. Adulterant glaucio & gūmi, & lactucæ syluestris succo. Fucatus glaucio cum dissoluitur, croci reddit colorem. Quem vitiauit lactuca, exiliter & euanidum spirat, & maiorem præfert asperitatē. Cui dolus à gummi contractus est, elanguidus translucensque spectatur. Nonnulli tam imprudenti sunt ingenio, vt seuum quoque permisceant. Fictili nouo torretur medicamentis oculorum, donec emollefcant & rufior videatur. Magna inter authores concertatio extitit. Diagoras, vt Erasistratus memoriæ prodidit, vsum eius damnauit, oculorum lippitudinibus, & aurium vitij infundi vetans: quoniam visui noceret oculorum aciem hebetans, & soporem crearet. Addidit Andreas illitos eo protinus excæcari, si non adulteraretur. Mnesidemus olfactu tenuis vsum concessit, ad somnum odore illo quærendum, cætero vel noxio nobis interdixit. Quibus sententijs reclamatione experientia, multis euentis vtilitatē huius rei testantibus: proinde non fuerit alienum modum subscribere, quo succum excipiant. Is duplex est, quidam calyces & folia tundunt, exprimuntq; prelo: mox in mortarium terentes digerunt in pastillos. hoc genus succi meconium vocatur, opio longè ignauius. Porrò opij colligendi ratio hæc est, Simul ac rores exaruerunt, circumscribi cultello caput ipsum debet eo manus libramento, ne plaga intus penetret. Cæterum calyces summa cute decussatim incidendi, ita vt lachrymam erumpentem subiectus vnguis in mytulum corruet. Digressis alioqui non multo post redeundum, vt quod è vulnere profluxit concretum densatūque reperitur. postero die similiter agendum. Tritum hoc veteri pila, & in orbiculos diuisum reconditur. Cum scapus inciditur retrocedendum hinc est, ne legulorum vestes manans inde lac detergeant.

¶ *Papauer ceratitis, corniculatum. Papauer aphrodes. Hypecoon.* Cap. CVI.



Papauer ceratitis folia habet cādida, tenuia, hirsuta, verbasco similia, serrato ambitu papaueris modo syluestris, cui nec caule quoque obtinet dissimilem, flore pallido, calyce pusillo, inflexo vt cornicula, effigie scængræci, à quo nomen habuit. semen exile, nigrum quale papaueris, radice per summa cespitum, sublimi, crassa. nascitur in afflatu maris solo gracili. Syluestrium genus vnum ceratitin vocant nigrum, vt ait Plinius, cubitali altitudine, radice crassa & corticosa, calyculo inflexo vt cornicula, folia minora & tenuiora quàm cæteris syluestribus, semen exile. tempestiuum est messibus. Theophrastus ceratitin, hoc est cornicularium papauer syluestre tradit esse, cubitali altitudine, folio verbasci nigri, minus atro, radice breui, per summa cespitum corticosa, ca-

lyce inflexo vt cornicula. legitur circa messes. Aluum deicit, albugines ouibus delet. nascitur iuxta mare saxosis locis. Hoc genus officinæ *cornutum papauer*, herbarij quidā haud proprie *memitham* nominant: folio nigri verbasci sed minore, & syluestrium more ferrato, caule sesquipedali, flore cælio, inflexo cauliculo vt si-
 5 liquæ fœnigræci, in quo semen exile, luteū, radice crassa, breui, corticosa, per summa cespitum sparsa. nascitur in maris afflatu, aut nitroso loco. Quidam hoc genus glaucion vocant, alij paralion, sed perperam. Aluum purgat dimidio acetabulo in mulso. Folia trita cum oleo argemas iumentorum sanant. Radix acetabuli
 10 mēsurā cocta in duobus aquæ sextarijs ad dimidias, datur ad lumborum vitia & iocineris. Carbunculis medētur ex melle folia. Radix Dioscoridi ad dimidias cocta datur ad lumborū vitia, & iocineris: item ad eos qui crassas, araneosas & asperas vrinas faciunt. Aluū leniter purgat semine acetabulo in aqua mulsa potu. Vlcera emarginant folia & flores ex oleo impositi: iumentorū argemas emendant, & nubeculas. Non differendo eorum errore, qui glaucion putarunt ex hoc nasci
 15 papauere, foliorum similitudine decepti. Est & papauer quod aphrodes, quasi spumeū cognomināt, vocatur ab alijs heraclion, caulem habens palmi altitudine, folijs vehemēter exiguis, & struthio, hoc est radiculæ similibus, fructu iuxta ea candido. Tota herba colore candido spectatur & spumea. Radix quoq; alba in summa terrē cute. Theophrastus papauer, quod heracleon nūcupatur, foliū inquit ha-
 20 bet quale struthos, quo candorē linis tribuūt, radice in summo terræ cespite. Radix superne purgationē ciet. Cōtra comitialē morbū ea cū vino mulso vtuntur. Plinius alterū è syluestribus generibus heracleon vocari tradit, alijs aphrodes, folijs si procul intuearis speciē passerū repræsentātibus, radice in summa terræ cute, semine spumeo. ex hoc lina splendorē contrahūt æstate. Cæterū folia Dioscoridi
 25 similia sunt herbæ radiculæ quā struthion Græci vocāt: Theophrastóq; strutho, quo lina candefaciūt, quā esse radiculā nemini dubiū est. nam lanis lauādis aptissima est, curans eas & cōferens candore mollitiāq;. Plinius quòd struthion passerē significat, folia speciē passerū repræsentare tradit: quare nō de radicula sed passeribus intellexit, quī ex eo papauere lina inquit splendorē trahūt æstate. Si tamen
 30 quis oculis exacte contēpletur, inuenit papauer hoc spumeū radiculæ speciem nō passerū præbere. Siquidē spumofum, siue herculeū papauer herba cernitur candidās, folio lanariæ, caule palmeo, semine albo, radice summo terrē corio nixa. Tū datur in pila comitialibus morbis acetabuli mēsurā in vino albo, vomitiones enim facit, medicamēto quod diacodion & asteriace vocatur vtilissimū. Fit autē huius
 35 papaueris, aut cuiuscūq; syluestris capitibus centū & viginti in aquæ cælestis sextarijs tribus biduo maceratis, in eadēmq; decoctis, deinde siccatis, iterūq; cū melle decoctis ad dimidias partes vapore tenui. Addidere postea drachmas senas croci, hypocisthidis, thuris, acaciæ, & passi Cretici sextarium. Aëtius papauer hoc, vt arbitror, intelligit, cū mecaphroditon cōmēdat, herbā cōtra vyperas in potu præ-
 40 bens, fortasse quia vomitionibus probetur. Semen huius spumosi papaueris, prius quā perfecte adoleuerit æstatibus, inarescētq; deciderit, colligūt. Hoc acetabuli mēsurā cū aqua mulsa vomitiones elicit, quod genus priuatim valet ad morbos comitiales. Quartū genus tithymalon mecona vocant, alij paralion, folio læui, albo capite, magnitudine fabæ. Colligitur vna florēte, siccatur in vmbra. Semen potū
 45 trahit aluū dimidio acetabulo in mulso. Cuiuscunq; autē papaueris caput viride

vel ficcum illitum oculorū epiphoras lenit. Opcion si ex vino meracuto protinus detur scorpionum ictibus resistit. Aliqui hoc tantum nigro tribuūt, si capita eius vel folia terantur. Hypecoon, alijs hypopheon in segetibus aruīsq; nascitur, folijs rutæ, ramis exiguis. Natura eius eadem quæ papaueris lacti.

¶ *Hyoscyamos, apollinaris*

Cap. CVII.



HYOSCYAMOS Romanis apollinaris dicta, frutex caulibus crassis, folijs latis, oblongis, concisis, nigris. secundum vero caulem ordine prodeunt flores specie cytinorum mali punici clypeolis femine plenis. Tria huius genera, vnum floribus penè purpureis, folio smilacis, nigro femine, cytinis duriusculis & spinosis. Alterum floribus effigie mali, folijs & folliculis simplicioribus, femine irionis subflauo, vtrunque insaniam pariens, capitīsq; vertigines, ac soporem, proinde abdicantur vsu. Recepere tertium medici placidissimum, pinguius cæteris, molle, lanuginosum, floris & feminis candidi, nascens in maritimis & ruderibus. Quòd si occasio huius non sit, vtendum erit flauo: nigrū cauetur vt deterrimū. Herculi eam herbā ascribunt, quæ apollinaris, apud Arabas altercū siue altercangenū, apud græcos hyoscyamos appellatur. Plura eius genera Plinio, vnum nigro femine, folijs penè purpureis, spinosum. tale nascitur in Galatia. Vulgare autem candidius est, fruticosius, altius papauere. Tertij semen irionis semini simile, omnia insaniam gignentia, capitīsq; vertigines. Quartū genus molle, lanuginosum, pinguius cæteris, candidi feminis, in maritimis nascens. hoc recepere medici, item rufi feminis. Nonnunquam ante candidum rufescit, si non ematuruit, improbatūrq;: alioqui nullū, nisi cum inaruerit, legitur. Natura vini, ideo mentem capūtque infestans. Hyoscyamon Græci videntur appellare quasi fabam suillam, propterea quòd, vt Helianus inquit, pastu huius herbæ resoluantur & conuellantur apri: sed remedium nouere, aquas enim statim adeunt, & caneros venantur, atq; ita protinus saluti restituantur. Scribonius Largus altercum Græcis hyoscyamon vocari scribit, qui biberint caput graue venīsq; distētum habent, mentēque abalienantur cum quadam verborum altercatione. inde hoc nomen herba trahit altercum. Sic latinam reddit originem, quanquam apud Arabas vocari Plinius testetur. Officinæ *iusquiamum* hodie nominant in Gallia, permulti *hanebanam*. Hanebana frutex est herbaceus, tristi aspectu, folio longo, lato, pingui, hirsuto, venoso, laciniato, caulibus crassis, è quorum latere flores ordine prodeunt tanquam punicorum cytini, muricatis calycibus, ramos continua serie vestientibus, femine intus papaueris refertis. Genus illud lanuginosum, molle, pinguius, subluteo colore, succulentū, flore lacteo, cōcolori femine, *album* nominant. in maritimis inuenitur. Cætera passim vt genus hoc flore purpureo, atro femine, calyculis durioribus, aculeatis. hoc *nigrum* herbarij dicunt. Tertium flore luteo, subrufo femine, similitudine irionis, *flauum* dicunt. Vtrunque Xenophonti stuporē gignit, atq; adeo insanīā. Vsu feminis & per se, & femine expresso. Exprimitur separatim, & caulibus folijsq; vtūtur, & radice, temeraria vt Plinius putat medicina. quippe etiā constat (vt inquit) folijs mētem corrūpi si plura q̄ quatuor bibantur. Etiam antiqui in vino febrem depelli arbitrantur. Et oleum addit ex femine fieri, quod ipsum auribus infusum tentat mentem. Mirēque cō-

tra venenum remedia prodidere ijs qui id bibissent, adeo nullo omnia experiēdi fine, vt cogerentur etiam venena prodesse. Excipitur Dioscoridi succus ex semine tenero, itē caulibus folijsq; tuis in sole. Vfus anniculo à carptu. Præterea putrilaginē teredinēsq; sentit. Exprimitur & separatim semen cum obaruerit, aqua calida affusa. Quo in genere succus præfertur superiori, qui ex inciso colligitur, innocentiórq; ad somnū eliciēdum. Herba quoq; virens tunditur, & in farina trimestri digeritur in pastillos. Sic ad vsum seruatur prior succus, & qui seorsum ex semine capitur, miscetur in collyria, quæ successione somni dolorem amoliūtur. Adhibetur & fluxionibus oculorū calidis, & eisdē acribus, reclinādis auriū dolori, vitijs vuluæ. Inflammationes oculorū, pedū, cæterarūmq; partiū ex polēta vel farina restinguit. Idem vsum semini, tussi, destillationibus, oculorū fluxioni, doloribusq; efficax. Cōtra mensium abundantia, cæterasq; sanguinis eruptiones oboli pondere cum semine papaueris & aqua mulsa bibitur. Podagris vero, tumoribus testiū, māmīs à partu turgētibus ex vino tritū illinitur, omninoq; cataplasmatibus quæ accensione somni dolorē leuāt, anodyna vocātur. Vtilissime permiscētur folia in pastillos cōficta omnibus medicamentis dolorē sedātibus, per sese, & ex polēta cōmode imponuntur. Recētia ad mitigandos omne genus dolores oblinūtur. Eadē si ter quaterq; hauriātur, ex vino algores febriū, quas vocāt epialos, finiunt. Cocta olerum modo & catilli heminarij mēsurā deuorata, mentē quadātenus in insaniā præcipitant. Deliriū quoq; fieri adfirmāt, si colū intestinū vlcus sentiens eisdem subter perluatur. Radix cum aceto decocta in dētium dolore colluitur.

¶ Psyllion.

Cap. CVIII.

Psyllium Romanis herba pulicaris dicitur, folio coronopi, piloso, proceriore, ramulis palmi altitudine, fœni modo sarmentosum, coma eius à medio incipit caule, capitula bina aut terna cacuminibus compressa, semine autem pulicis, nigro præduróq; in aruis terrenisque comperitur. Psyllium, vt Plinius est author, alij cynoides, alij crystallion, alij sicelion, alij cynomyiam appellant, radice tenui, superuacua, sarmentosum, fabæ granis in cacuminibus, floribus canino capiti non dissimilibus, semine autē pulici, vnde nomen. hoc in baccis, ipsa herba in vineis inuenitur. Flores canino capiti nō dissimiles, ob id cynocephalion & cynoides vocatur, pulicosæ in cacuminibus baccæ, inde nomen. prouenit in vitiarijs. Nomen in officinis retinet, aliqui *pulicarem* vocant, ramulis semipedalibus, lanuginosis, à medio foliatis, coma coronopodis, sarmentosa in totum herbula, duobus tribusve conuolutis in cacumine capitellis, semine nigro, duro, pulicum simili. Dioscorides hoc vno genere contentus est. Recentiores duo alia statuerunt fastigia. Vnum calamo exili & longo, in cuius spica continetur semen pulicis, colore & magnitudine. Alterum sarmentosum, floribus canino similibus, fabaceis capitellis, semine pulicis effigie, radice tenui & superuacua. Vis psyllio ad refrigerandum & discutiendū ingens. Semen in vsum fronti imponitur in dolore & temporibus, ex aceto & rosaceo aut posca. Ad cætera illinitur acetabuli mensura sextario aquæ. Densat & contrahit, tunc terere oportet & crassitudinem illinere cuicumque dolori, collectioni, inflammationique. Psyllion ardoribus illinitur. Idem in aqua cum radicibus coctū tenesmo imponitur: item

umbilicis prominentibus, & infantium ramici, vetustis vlceribus prodest. Menses aliosque precipue drachma in cyathis aquæ mulsæ tribus trahit. Hydropicos duabus linguis in vino sanat. Omnibus articulorum morbis salutare est. Semen huius herbæ, quæ psyllion appellant, madefactum in aqua, admixtis in hemina feminis duobus resinæ colophonæ cochlearibus, thuris vno. Podagras idem refrigerat, dolorem & tumores luxatorum tollit. Feruefactum in aqua cum intepuerit, epiphoras omnes vteri lenit. Vis ei, vt Dioscorides perhibet, ad refrigerandum conueniens. Illinitur articulorum morbis, parotidibus, vomitis, tumoribus, luxatis. Imponitur in dolore capitis cum rosaceo, aqua, aut aceto. Enterocelis infantium & umbilicis prominentibus illitum ex aceto medetur. Teritur acetabuli mensura, & in aquæ sextario madefactum, vbi concreuit & contrahitur aqua, crassitudo linitur: insignis enim refrigeratio sequitur, quando in feruentem aquam demissum ardorem protinus restinguit. Prodest & sacris ignibus. In quam domum viridis inferatur herba, pulices arceri perhibentur. Tusum sordida purgat vlcera, & quæ vocantur cacoethe, cum axungia. Succus vermiosis auribus, aut fluxione tentatis instillatur.

☞ *Solanum satium. Strychnos halicacabos.*

Cap. CIX.



Trychnon quod & hortensium & vrbatum appellant, quod esculentum est aut magno exit frutice, sed alis frequentibus, nigro folio, maiore quam ocimi, latioribus, acinis rotundis, herbaceis primis, qui cum ematuruerint nigricant, aut rufescunt. Latinis solanum dicitur, familiare cibis, in Aegypto maxime. Nihil mali corporibus esse prædicat Xenocrates, cui hoc salutare non sit. Crudum coctumque Theophrasto estur. Flos huic candicat. Acini per maturitatem nigrescunt, inde vulgus *morellam* nominauit: officinæ *solatrum*. in hortis & satis omnibus prouenit, ramosum, folijs ocymo latioribus, acinis racematim coeuntibus, rotundis, primis viridibus, à maturitate nigellis, aut rufis: flore purpureo, specioso, ex cuius umbiliculo luteus emicat apex. A multis nationibus estur in olere. Stillatius eius liquor in Gallis nullam non incandescentem ardoribus inflammationem restinguit. Herba ipsa innocens gustu, refrigerat. Ignem sacrum, & mala quæ serpunt emendat cum polenta illitis folijs. Aegilopia, capitisque dolores trita & imposita sanant. Ardoribus stomachi auxiliantur. Parotidas trita cum sale discutunt. Pollet succus eius aduersus ignes sacros, vlcera quæ serpunt, cum cerussa, argenti spuma, & rosaceo, cum pane ad aegilopas. Cum rosaceo infusus ardorem infantium in capite, quem syriasin vocant, compefcit. Collyrijs contra fluxiones acutas suffusionisque, vice oui aut aquæ miscetur. Aurium doloribus instillatur. Mensium abundantiam in vellere subditus coercescet. Succus fimo gallinarum cortis rubro subactus & linteo appositus aegilopijs præfenti est remedio. Solanum Græci strychnon vocat vt tradit Cornelius Celsus. Huic vis reprimendi refrigerandique. Est strychnos quem priuatim halicacabon vocant, folijs supradicto similibus, tantum latioribus, caules habens cum increuere pronos & inclinatos in terram, semen in folliculis rotundis ad speciem vesicarum, orbiculatum, rubens & læue, acinorum vix figura, quo coronarij vtuntur in fertulas addentes. Alterum strychni genus Plinius tradit cui

acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, alij callion, nostri, vt inquit, vesicariā, quoniam vesicæ calculis prodest. Frutex est surculosus verius q̄ herba, folliculis magnis latiq; turbinatis, grādi intus acino, qui maturefcit Nouembri mense. Vtinam, idem ait, nec coronarij in Aegypto vterētur, quos inuitat florū hederæ similitudo. In duobus generibus commēdatum aliquibus halicacabum cibis, licet hortense præferatur. Radicem eius bibunt qui sunt vaticinandi calentes, qui furere ad confirmandam superstitionē aspici se volunt. Sunt qui vesicariam dici putent, quòd folliculi speciem vesicarum imitentur, vel quòd vesicæ calculis medeatur. Officinæ Mauritanos secutæ *alcaquengi*, rura nostra *cocretum* vocant. frutex nēpe surculosus est verius quàm herba, folijs antedictō solano latioribus, cauliculis postquam adoleuerunt humi prostratis, folliculis puniceis ac turbinatis, pilæ minoris magnitudine, singulari intus acino, quale cerasium, flore hederaceo, sanguineo, radice cum siccescit albicante. nascitur in vinctis & parietinis. Coronarij fertis apud nos acinos & vesiculas intorquent, vt pulchritudine coccinei grani, & folliculi punicei venustate corollas cōmendent. Calculosi cum vuis matūris acinos miscent vt vinum habeant acinatitium contra renum & vesicæ mala, vocāntque *cocretinum vinum*. Hoc propinatum magnam arenularum vim deturbat. Vsus ad omnia quæ superius solanum, excepto esu. Morbum regiū discutit. Semine potō vrinam pellit. Vtrunq; genus exprimitur, & in vmbra siccātū reponitur ad eosdem effectus. Nec illud prætereundum, aspidum naturæ halicacabum in tantum aduersam, vt radice eius propius admota soporentur, illas sopore enecans vis earum. ergo trita ex oleo percussis auxiliatur. Vesicariæ pomum ex musto dilutum imponitur efficaciter incipientibus oculorum carbunculis.

☞ *Soporiferum solanum. Strychnon manicon.*

Cap. CX.

Habetur & strychnon, quod ab effectu somni hypnoticon, hoc est soporiferū cognominant. Frutex est ramosus, caudicosusq; fractu contumax, folijs pinguibus, multis, similitudine mali cotonei, rubro flore ampliusculo, semen in folliculis croceum, radice corticis leniter rubentis & grandi, nascens in petris, nec procul ab afflatu maris. Theophrasto radix somnifici solani sanguinis modo rubra, candida cum inarescit, granum coccineū, folia mali cotonei, lactucæve caprinæ, sed hirsuta, magno cespite. in rupibus, sepulchris, faucibusque nascitur. Tusam radicem in vino meracuto præbent vt somnum iniere faciant. Coronarijs in Aegypto expetitur inuitante similitudine florum hederæ. Inuenio & strychnon & eubepaton, & callion vocari. Sunt qui vesicariam à folliculis, vel quia vesicæ profit & calculis, appellent. Dioscorides genus hoc in primi libri calce halicacabum vocauit, eadēmq; ad verbum scripsit, quæ nunc in soporifero leguntur. Sed halicacabus & vesicaria vera est quæ proximo cespite superius est descripta vt Galenus inquit. Hoc soporiferum est, atque etiam opio velocius, vt Plinio placet, ad mortē. Laudatum vero à Diocle & Euenore. à Thymaristo quidem etiā in carmine, mira obliuione innocentia, quippe præsentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos si colluerentur. Halicacabo vni exceptionē addidere, ne diutius id fieret, delirationem enim gigni eo.

Nec demonstranda, inquit, remedia, quorum medicina maioris mali periculum adfert. Commendatur etiam in cibis tertium, licet præferatur hortensis saporibus. Hoc genus *solatrum* vocant herbarij *dormitorium*, vel *marinum*, quòd rupibus non longius à mari inueniatur, vbi fruticat multis ramis, densis, lignosis, frangi cõtumacibus, folio pingui, cotonei mali similitudine, dense comatis, flore grandi, rubro, fructu in folliculis crocato, radice lōga, subrubro cortice vestita. Quæ ab herbarijs ostenditur, folio est iuglandis, caule scipionis crassitudine, procero, grādibus ramis brachiato, flore inferius herbaceo, labris superne purpureis, bacca primum viridi loculosa, per maturitatē nigra, quæ dehiscēs, vel sponte dissiliens ostendit acinosum semen, vuæ modo aceruatim collectum, quinis myrti foliolis stellatim decussatis, baccā fulcientibus. Cortex radicis in vino potus drachma somnificam vim obtinet vt papaueris lac, sed blandiorem & mitiorē. Semine lotium vehementer impellitur. Dantur hydropicis duodecim corymbi. si quid adijcitur numero, mentis alienationem faciunt. Occurritur periculo aqua copiosa mulsa potui data. Cortex medicamentis quæ dolorē, quæ sita quiete, suspendunt, adiungitur, & pastillis decoctus in vino tenetur in ore doloribus dentium mitigandis. Radicis succo cum melle retusus visus oblinitur. Quartum genus strychni peculiariter manicon, hoc est insanum vocant. Folium habet erucæ maius aliquanto, satis ad spinam quam pæderota vocant accedens, caules à radicibus speciosos ac proceros numero decem, aut duodecim, altitudine vlnarum quatuor, capitula effigie oliuarū insident, sed hirsuta vt pilulæ platani, maiora tantum latioraq; florem in vis rotundum nigrumq;, corymbis hederæ, acinis decem, aut duodecim, mollibus vt vitiū, radice crassa, caua, candida, sesquipedali. montibus vento perflatis & vbi platani nascuntur prouenit. Alterū strychni genus Theophrastus reddit quod insanire facit, id alij thryoron, alij perison, radice candida, longa, cubitali, cauāque, folio erucæ maiusculo, caule ferè quadricubitali, capite gethyi maiore pilosiorēq;, pilulæ platani non absimili. Radix drachmæ pondere datur, vt inquit, vt sibi quis illudat placeatq;, ac se pulcherrimum existimet: duplicato pondere, magis insanit, spectris vanis animo obuersantibus: triplicato, legitimæ perpetuæque subeunt furia: si quid adijcitur, præsentanea mors rapit. Manicon insaniosa dicitur herba, doryon, siue potius dorycnion vocabant, quoniam cuspides in prælijs eo tingerentur, passim nascente. Id putatur esse quod ob officinis *solatrum mortale* nominatur, folijs erucæ maioribus, caulibus proceris, vlnarum quatuor longitudine, capitulo in cacumine oliua maiore, vt platani pilula, hirto flore, nigro, quo excusso racemus emicat rotundus, denis duodenisve acinis constans, similibus hederæ corymbis, vt vuæ mollibus, radice candida, crassa, caua, cubitali. Inuenitur in montibus vento perflatis, maritimis foueis & vagis. Radicis drachma in vino species vanas imaginēsq; non iniucundas bibentibus facit obuersari: duplicatus hic modus mentis excessum, & abalienationem in triduum adfert: triplicatus, enecat. In remedium aqua mulsa copiosa datur potanda, vomitione rursus eijcienda. Insaniam, vt ait Plinius, facit paruo quoq; succo: quanquam Græci authores in iocum vertere, drachmæ enim pondere luxum pudoris gigni dixerunt, species vanas imaginēsq; conspicuas obuersari demonstrantes: duplicatum hunc modum, legitimam insaniam facere: quicquid verò adijcitur ponderi, repræsentari

mortem. Hoc est venenū, quod innocentissimi authores simpliciter dorycnion appellauere, ab eo quòd cuspides in prælijs tingerēt̄ illo passim nascēte. Qui parcius spectauerant, manicon cognominauere: qui nequiter occultabant, erythron aut neurita: vt nonnulli, perisson. Cauendi quidē causa curiosius dicendū.

¶ Dorycnion. Mandragoras.

Cap. CXI.



Rateias dorycnion aut caleam vocauit fruticē oleæ recens enata, quæ modo surrexit in vimen proximum, ramos habentem cubitalibus minores, in saxis non procul à mari prouenientem, folijs oliuæ minoribus, concoloribus, minusculis, præter modū scabris, flore candido, folliculis in cacuminibus ciceris, densis, quinis intus aut senis granis, erui magnitudine, rotundis, læuibus, robustis, versicoloribus. radici crassitudo quæ digiti, longitudo quæ cubiti. Somnifera huic natura, lagioriq; mortifera. Quidam adfirmant semen ad amatoria expeti. Dorycnion pro strychno manico acceptū à quibusdam veteribus inuenio. Dioscorides ex Crateiæ scriptis, item Galenus videntur aliud genus existimasse. dictū fortasse ita, quòd cuspides telorū inficere mos esset illo. Dorycnio gustus lactis est, & con fracto emanat. Mandragoras, alij antimelon, Pythagoras anthropomorphon, Romanis canina malus aut terrestris. Circeam vocari arbitrantur à Circe, quoniā radix amatorijs quærat. Duo eius genera. nigricans qui & fœmina, thridacias appellatum, angustioribus & minoribus folijs quàm lactucæ. odor eius virosus & grauis. Funduntur in terrā, iuxtāq; gerit mala vitellis oui similia, pallida, odorata, & in ijs semē pyrorum, radicibus magnis, binis ternisve, implicatis, extrā nigris, intus albis, crassi corticis. caulem non habet. Album. hoc marem existimant, morion vocant, ingētibus folijs, latis, alben-
 25 tibus, læuibus. Mala huius duplo maiora quàm fœminæ, croci colore, odorata non sine quadā offensione. Pastoribus qui ea mandunt grauedinē capitis creant. Radix supradictæ similis, amplior & candidior. Theophrasto mandragoræ fructus niger, sapore quodā vini, effigie oui, non, vt Theodorus putat, racemi. Fœminæ folia hirsuta, radices carnosæ, teneræ, cubitales fere. Mala hæc fert auellana-
 30 narum nucum magnitudine. Mas dictus folio latiore vt lapathi fatiuæ. Duo Plinio genera, cādīdus qui & mas, niger quæ fœmina existimatur, angustioribus folijs quàm lactucæ, hirsutis & caulibus, radicibus binis ternisve, nigris foris, intus albis, carnosus, tenerisq;, penè cubitalibus. Ferunt mala auellana-
 35 rum nucum magnitudine, & in ijs semen ceu pyrorum. Album hoc alij arsen, alij morion, alij hypoplomon vocant. Huius folia alba, quàm alterius latiora, vt lapathi fatiuæ. Cauent effossuri cōtrarium ventum, postea fodiunt ad occasum spectantes. Mandragoram, vt Theophrastus refert, priusquam legatur tribus circulis gladio circumscribi iubent, eūmq; qui effodiat ad occasum spectare, alterum circumsultare, plurimāque de re veneria dicere. Caulem habere Plinius non dubi-
 40 tat, etsi Dioscorides id negat. Mandragoras nomen vulgo retinet, maris & fœminæ differentia. Hæc nigra est, angustioribus quàm lactucæ folijs, humi procumbentibus, hirsutis, fructu mespili amplitudine, in luteum languido, sorbi effigie, vinoso sapore, in quo semen ceu pyri, radicibus binis ternisve inter se conuolutis, extrā nigris, intus albis, carnosus, ingentibus. Mas candidus est folijs, Si-

culæ betæ, mollibus, albis, quàm fœminæ latioribus, pomo duplo maiore, grauis
 odoris, alioqui non ingrati, radice alba, quam imperita vulgi multitudo homi-
 nis effigiem repræsentare falso credit. Id enim magorum commentum est, rem
 suam insigni aliqua vanitate ostentantiū. Succus fit è malis, & è caule, deciso ca-
 cumine, & radice pūctis aperta, aut decocta. vtilis hæc vel furculo. Cōcisa quo- 5
 que in orbiculos seruatur in vino. Succus non vbiq; inuenitur, sed vbi potest,
 circa vindemias quæritur. Odor grauis eius, sed radice & mali grauior. Mala
 matura in vmbra siccantur. Succus ex ijs sole densatur: item radice tufæ, vel in
 vino nigro ad tertias decoctæ. Folia seruantur in murijs efficacius, aliàs recentiu
 succus pestis est: sic quoq; noxiæ vires. Grauedinē adferunt etiam olfactu: quan- 10
 quā mala in aliquibus terris mandantur, nimio tamen odore obmutescunt igna-
 ri, potu quidem largiore etiam moriuntur. Dioscoridi cortex radice recens tu-
 sus & prelo subiectus exprimitur, insolatus ita succus densatur, & custoditur in
 fictili. Succus è malis fit ratione consimili, verum dilutus hic est. Delibratur ra-
 dix, & ad vsus cortex filo suspēditur. Quidam ad tertias radices in vino deco- 15
 quunt, & percolatum succum reponunt. Cyathum vnū dedisse satis est in per-
 uigilijs & doloribus, & ante sectiones inustionésq;, ne sentiantur. Succus duobus
 obolis ex mulso potus vt veratrum, bilem atram, pituitámq; vomitionibus ex-
 trahit: potu largiore mors etiam contrahitur. Additur in medicamenta oculo-
 rum, & quæ somno dolores finiunt: item in pessos, qui molliendis fœminarum 20
 locis induntur. Per se vero appositus, semioboli pondere, menses & partus tra-
 hit. Sedi quoq; pro balano subditus somnum aduocat. Ebur ipsum radice cum
 eo senis horis decocta remollefcit, lentúmq; ad cuiuscumq; imaginis obsequia
 redditur. Folia recentia inflammationibus oculorum & vlcera imponuntur
 cum polenta. Duritias omnes, suppurationes, vomicas, strumas illitu discutunt. 25
 Stigmata delent citra vlcus diebus quinq; vel sex modice confricatis partibus.
 Ad easdem curationes seruantur in murijs. Radix trita cum aceto ignibus sa-
 cris medetur. Trita radix ignibus sacris cum aceto, & serpentium ictibus cum
 melle aut oleo succurrit. Strumas & tubercula cum aqua dissipat: articulorum
 dolores cum polenta compescit. Vinum fit è cortice radice crudo, ternis vncijs 30
 in vini dulcis cadum coniectis. Dantur ijs qui secandi vrendiue sunt, vt sensum
 sopiant, ne dolores sentiantur. Tum enim veterno quodam pressu torpescunt.
 Mala ipsa, & succus olfactu, quanto magis esu, soporem cient. qui copiosius de-
 uorant obmutescunt. Semen malorum vuluas expurgat in potu, appositúmq;
 cum sulphure ignem nō experto rubra fœminarum profluvia cohibet. Succus 35
 è radice punctis aperta circumsarificatáq; quærendus, vt quod in cauernas de-
 fluit tollatur. Valentior ad omnia quàm qui tufis exprimitur. Est autem lachry-
 ma lacteo succo efficacior, sed non vbiq; radices, vt experientia docet, lac colla-
 chrymant. Mandragoræ folia vlcera cum farina Theophrastus imponi iu-
 bet: radicem ad ignes sacros rasam, & ex aceto subactam. Podagras mulcet & 40
 somnum conciliat. Ad amores ex vino & aceto datur. Confectos eius orbicu-
 los in fumo suspendunt. vis ei somnifica. Pro viribus bibentiū media potio cya-
 thi vnus. Bibitur contra serpētes & ante sectiones punctionésq; ne sentiantur,
 ob id satis est aliquibus odore somnum quæsiisse. Bibitur & pro elleboro duobus
 obolis in mulso: efficacius elleborum ad vomitiones, & ad bilem nigram ex- 45

trahendam. Aduersus serpētes laudantur mandragoræ folia cum polenta tusa. Eadem articulis cum polenta, vel radix recens tusa cum cucumere syluestri, vel decocta in aqua auxilio sunt. Igni sacro medetur radix. Siccatur in asses vt cucumis, primoque supra mustum suspenditur, mox in fumo: dein tunditur in vino aut aceto. Strumis eadem ex aqua remedio est. Panis medetur radix ex aqua. Concaua apostemata & vlcera tetra folia recentia sanant: radix vulnera cum melle aut oleo. Omnia corpori infixæ extrahuntur folijs cum polenta. Semen mandragoræ vuluam purgat. Menses cit succus appositus, & emortuos partus. Nimia rursus profluvia sistit semen cum vino & sulfure. Alius quoque traditur mandragoras, quem morion cognominant, in opacis & circum specus nascentem. Folia huius albi mandragoræ sed minora, palmique amplitudine, candida, & radici suæ circumdata. Hæc tenera albæque est, paulo maior semipede, pollicari crassitudine. Huius drachma in potu aut cum polenta in panis offa vel obsonio data stoliditatem adferre creditur: dormituros enim protinus homines illo habitu quo hauserunt, ereptis omnibus sensibus, in ternas quaternasve, ex quo potionati sunt, horas, adfirmant. Vtuntur & hoc medici cum scindendi aut vrendi negotium vrget. Ferunt præterea radicem huius antidotum esse cum infano solano potam.

¶ *Aconitum pardalianches.*

Cap. CXII.

Aconitum pardalianches folia habet tria vel quatuor cyclamini aut cucumeris specie, minora tamen leniterque hirsuta, caulem palmi altitudine, radicem incuruam, scorpionum similem, caudæ alabastri modo resplendentem. Theophrastus simpliciter aconitum repræsentauit herba breui nec tamen superfluenta, sed vt in frumento, quanuis semen in spica non est, folio nitibaceo, radice tum specie tum colore gammaro simili, & cui soli lethalis illa vis insit, folio fructuque innocentibus. nascitur ubique, & non Aconis solum, à quibus traxit appellationem. Is autem vicus est Periandynorum. Prouenit & in Creta, & Zacyntho copiosum, idque optimum in Heraclea Pontica, amat saxosa. Nullum pecus, nullum animal eo pascitur, natum ad noxam: fructum tamen & folium nihil nocere prædicant, vim mortiferam in radice haberi, ad erodendum ea vti medicos. Præparari vero posse vt tollat biennio, anno, mensibus sex, tribus, duobus, vno, ratione etiam peritioribus occulta. Miserius perire qui poto eo diutius vitam protrahant, differri, celerari sumentibus exitium, prout sero aut ocius fuerit collectum. Debellari pestem ea non alia radice vt quidam expromisere, sed ex vino vel melle successu raro: alioqui reperto in visceribus veneno non perimit, sed colluctatur cum eo, ita duo venena commoriuntur, vt animal supersit. Fugituos eo in vinculis vti solitos desponso animo. Aconitum seruantibus instituta capitis pœna. Porro omnium venenorum ocysimum esse aconitum constat, vt tactis quoque genitalibus foemini sexus animalium eodem die mortem inferat, quomodo interemptas à Calphurnio Bestia dormientes vxores Marcus Cæcilius obiecit. Ortum è spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, fabulæ narrat: ideo apud Heracleam Ponticam, vbi monstratur eius aditus ad inferos, gigni. Folia, vt Plinius tradit, habet cyclamini aut cucumeris, non plura qua-

tuor, ab radice leniter hirsuta, radicē modicam, cammaro similē marino, quare quidam cammaron appellauere: alij lycoctonon, quòd lupos enecet. Arida radix incuruatur paulum scorpionum modo, quare & scorpion alij vocauerunt. Nec defuere, qui myoctonon appellare mallent, quoniā procul & è longinquo odore mures necat. Nascitur in nudis cautibus quas Aconas vocant, & ideo aconitū alij dixerunt, nullo iuxta, ne puluere quidē, nutriente. hanc alij rationē nominis attulere. Alij, quoniam vis eadem in mortem esset, quæ cotibus ad ferri aciem detrahendā, statimq; admota velocitas sentiretur. Alij à pago, siue opidulo, siue portu Periandynorum ad Heracleam ita nominato. Aconitum tamen hoc in usus humanæ salutis vertēre, scorpionū ictibus aduersari experientia do. Aconitum datum in vino calido, ea est natura, vt hominem occidat, nisi inuenerit quod in homine perimat. sola hæc pugna est, cum venenum in visceribus reperit. Mirūmq; exitialia per se ambo cum fuerint, duo venena in homine commoriuntur, vt homo supersit. Torpescunt scorpiones aconiti tactu, stupentq; pallentes, & vinci se confitentur. Auxiliatur eis elleborum album, tactu resolvente. Tangunt carnes aconito, necantque gustatu earum pantheras, ob id pardalianches quidam appellauere: at illas statim liberari morte, excrementorū hominis gustu, demonstratū. Dioscorides retulit, huius admotu torpescere scorpiones: auxiliari eis elleborum, tactu recreante stuporēmq; resolvente. Oculorū quoq; medicamentis, & quæ vocant anodyna misceri aconitum salubriter solet. Necatur eo pantheræ, mures, lupi, omnēsque feræ, fricatis quas deuorēt carnibus. Theophrastus hoc genus pardalianches thelyphonon, siue potius theriphonon, simpliciter, & sine aconiti mentione, & scorpion à radicis similitudine vocauit, geniculatum tradens graminis modo in vmbrosis nasci, folio cyclamini, radice scorpionis effigie. Cuius tactu scorpiones moriuntur, & si quis mortuum elleboro linat, reuiuiscere aiunt. Boues, oues, iumēta, omnēmq; quadrupedē necat, imposita verendis fœminei sexus radice, folio quidem intra eundem diem. Itaque scorpionum ictibus aduersatur. Habetur & aconitum, quod à quibusdam lycoctonon vocatur. Huius tria sunt genera, vno ferarum venatores vtuntur, duobus reliquis medici. Ex ijs tertium, quod Ponticum dicitur, plurimum in Italia Iustinis in montibus nascens, præstantius supradiçto, folia ei sunt platani diuisuris maioribus, longiora multo, nigrioraque, caulem habet pediculo filicis similem, nudum, cubiti amplitudine, vltraue, semen in siliquis, aliquatenus longis. Radices nigras cirris marinæ squillæ similes, quibus ad luporum capturas vtuntur, insertæ siquidem crudis carnibus & deuoratae confestim lupos enecant. Aconitum inuenisse prima dicitur Hecate, venenorum insigni crudelitate fœmina, quæ Persam patrem Solis filium perinde crudelissimum veneno sustulit, auctor Diodorus. Proinde Ouidius in Metamorphosi, cum herbam nominat hecateida, creditur aconitum intellexisse. Lycoctonos dicta est, quòd lupos enecet. Etenim habent & rustici *lupariam* vulgo nominatam, ad eundem usum, folio vitis, multas habente diuisuras, & maculas candidas, flore oblongo, luteo: quare recentiores herbarij lycoctonon arbitrantur esse.

Cicuta. Apocynon.

Cap. CXIII.



Cicuta græcis conion, caulis ei geniculatus vt fœniculo, magnús-
 que est, folia ferulæ angustiora, graueolétia, cacumine ramoso,
 & umbellas sustinente, flore subcandido, semen albidius aniso,
 radice concaua nec profunda. Cicuta venenum est, publica A-
 theniensium pœna inuisa, ad multa tamen v sus non omittendi.
 Semen habet noxiũ. Caulis eius, vt Plinius scribit, viridis estur,
 plerunq; & in patinis. Læuis hic & geniculatus vt calami, nigricans, altior sæpe
 binis cubitis, in cacuminibus ramosus, folia coriandri tenuiora, graui odoratu,
 10 semen aniso crassius, radice concaua, nullius v sus. Gallis hodie *cigua* nominatur,
 passim nascitur ferulacei generis, tricubitalem sæpius excedens proceritatem,
 caule geniculato, crasso, cauis internodijs, umbella syluestris pastinacæ, graui o-
 doratu, semine aniso crassiore, candidioréq; & angulatim striato, radice cõcaua.
 Dum pubescit apium fere dixeris, & pro eo nonnunquam fallit lethali edentium
 15 periculo. Semini & folio refrigeratoriavis, quæ si enecat, incipiunt algere ab ex-
 trematibus corporis. remedium est priusquam perueniat ad vitalia. Vini natu-
 ra excafactoria, sed in vino pota irremediabilis existimatur. Succus exprimitur
 folijs floribúsq; tunc enim maxime tempestiuus est, & melior: semine trito ex-
 pressus & sole desatus in pastillos, necat, sanguinem expissando. Hæc altera vis,
 20 & ideo sic necatorum maculæ in corporibus apparent. Ad dissoluenda medica-
 menta vtuntur illo pro aqua. Thrasias Mantinensis, vt Theophrastus scriptum
 reliquit, & eius discipulus Alexias, cicutam, & alia venena ita téperabant, vt sine
 aliqua offensione aut tabe è vita tollerent, in quantumuis tempus dilata morte.
 In cicuta præcipiebant vt esus is, aut prægelidis opacisq; locis ad hunc v sum
 25 reponeretur. Chij, eodem authore, non sic vtebantur antea, sed terebant eam vt
 cæteri: & tegmine detracto, tusam & tenui cribro emissam, ex aqua propinabát,
 facili præsentaneaque morte. In Ceo insula mos fuit, vt sexagenarij senes con-
 uocatis necessarijs, solenni sacrificio, cicutam epulati & coronati biberent. Stra-
 bo author. Cui consuetudini Valerius Maximus interfuisse tradit, in eius insulæ
 30 oppido Iulide. Sunt qui cicutam ab interitus celeritate ephemeron, vt Phocion
 author est, appellarint. A multis ea creditur herba, cuius gustatu exercitus Mar-
 ci Antonij, cum fame laboraret, in Parthia penè sit extinctus. figura tamen her-
 bæ non traditur. Alioqui remedium, vt Plutarchus ait, in vino tantum erat. Ma-
 xima, inquit Plinius, cicutæ vis terræ Parthorũ, mox Laconicæ, Creticæ, Asia-
 35 ticæ, in Græcia vero Megaricæ, deinde Atticæ. Aliqui cicutam præsumpserunt,
 vt bibere mors cogeret. Androcides sapientia clarus, intemperantiam Alexan-
 dri cohibens epistola, scripsit, sicuti homini venenum est cicuta, ita & vinũ. nanq;
 temulentorũ eadem quæ cicutæ epotæ incommoda. Omnia tamen, vt Plutar-
 chus tradit, algētis ingenij. Ebrij fiunt pallidi, tremuli, graues, & saltu tumultuan-
 40 tis spiritus, artus & membra quatiuntur, corporis torpor, linguæ titubatio, ner-
 uorum conuulsio: cicuta potionatis mens labat, oculis caligo offunditur, & ob-
 uersatur vertigo, algent extremi artus, & quasi frigore rigent, deniq; conuellun-
 tur. Dioscorides, Theophrastus, & Plinius vno cicutæ fastigio sunt contēti. Re-
 centiores faciunt duo genera, aquaticæ frigentis naturæ, terrestris calidæ: verũ

quoniam nullum idoneum præferunt authorem, vereor ne, vt fere solent, hallucinentur. Cicutæ vis est, si Celso credimus, exedendi corpora, ut forsitan feminibus & folijs frigida sit potestas, cauli feruida: cæterum semini, & folijs refrigeratoria vis. Fit ex succo ad refrigerandum stomachum malagma: præcipuus tamen vsus est ad cohibendas epiphoras æstiuas, oculorumq; dolores sedandos circumlitus. Miscetur collyrijs, & omnes alios rheumatismos cohibet. Folia quoque tumorem omnem dolorumq;, & epiphoras sedant, igni sacro medentur. Podagras refrigerat cicuta cum lithargirio & axungia. Cum eadem tumorem dolorumq; luxatorum tollit. Sanguinè claudit cicutæ semen in nares, si inde fluat, ex aqua inditum. Ulcera tetra emendat cicuta consiligni mista mero. Sanguini per nares fluenti semen tritum ex aqua inditumque efficax habetur. Tradunt mammas à virginitate illitas semper esse staturas. Lac puerperarum imposita mammis extinguit. Venerem testibus circa pubertatem illita coerces. Remedia liberationi, quibus bibenda censetur, sparsim inter herbas præcipiuntur. Inter enecantia frigoris vi cicutam Dioscorides collocat. Remediū est vt bibatur vinū meracum. Succus excipitur cacuminibus, antequam coma vel semē obarescat, è qua etiam tusa expressus cōcrescit in sole. Vfus ficcato ad multa valetudinis: sed præcipuo effectu collyrijs, quæ ad dolores sedandos per somnum quærentur. Impositus mala quæ serpunt, & ignes sacros extinguit. Herba ipsa & coma per se illita testibus contra libidines nocturnas auxilio est. Genitalibus torporem adfert fricatis. Lac puerperarum mammis imposita restinguit. Mammis quidē virginibus fœminis illita prohibet crescere. Pueris testes alii non patitur. Maxima vis in Creta nascenti, deinde Megaricæ & Atticæ, item Chiæ Cilicūmque terris. Apocynon frutex est longis viticulis, male olentibus, lentis, folio hederæ, molliore tamē pinnatiorēq;, graui odore, glutinoso, & succo madente luteo. Valuulæ filiquis fabarum persimiles, longitudine digiti, folliculosæ, in quibus semen durum, exiguum, nigricans. Canes, lupos, vulpes, & pantheras enecat, cum seuo panibus datum in cibo, coxendicibus illico deficientibus resolutisq;. Plinio frutex apocynon folio hederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis, semine acuto, diuiso, lanuginoso, graui odore. Canes, & omnes quadrupedes necat in cibo datum. Pleuriticos & omnes lateris dolores semē ex aqua sanat. Dicitur & cynocrambe Galeno, ab aliquibus hippomanes: nec quadrupedibus tantum lethalis, sed hominibus venenum si vescantur. Hippomanes certe apud Hesiodum, herba est, quam edētes equi aguntur in furorem: quanquam & virus quoq; defluens ab equarū inguinibus, quo tempore amoris infania feruntur, dici solet.

¶ Fungi.

Cap. CXIII.



Fungi cortice, medulla, neruo, vena carēt. Origo boletorum talis, Voluam terra prius gignit, ipsum postea in volua ceu in oio luteum. Nec tunicæ minor gratia infantis boleti. Rumpitur hæc primo nascente, mox crescēte in pediculo corpus absimitur, raroq; vnq; geminis ex vno pede. Origo prima è limo & acescēte succo madētis terræ, aut radicis fermè glandiferæ. Initio spuma lentior, dein corpus membranæ simile, mox partus. Inter eos qui temere manduntur, boletos merito posuerim. Optimus quidem est is cibus, sed in discrimē

adductus. Quorundam ex ijs facile cognoscuntur venena, diluto rubore, rancido aspectu, liuido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro. Non sunt hæc in quibusdam, sicci que & nitri similes veluti guttas in vertice albas ex tunica sua gerunt. Pernicialia prorsus improbanda. si enim caligaris clauus, si ferri vel chalybis aliqua rubigo, aut panni marcor adfuerit, omnem illico succum alienumque saporem in venenum decoquit. Deprehendisseque non nisi aegrestes possunt, atque qui colligunt ipsi alia vitia. Si iuxta fuerit serpentis cauerna, si patentes primum adhalauerit, capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum. Boletis ortus occasusque septem diebus includitur. Paulus boletos cognouit, bolitas appellando, quibus & principatum inter fungos dedit, sicut secundum locum ijs qui Amanitæ nominantur. Fungos Græci mycetas vocant, nec distinguunt. Sunt & ægiritæ sed industriæ, fermento in ipsis populi nigrae truncis diluto aqua protinus coalescentes. Tarentinus est author, si caudice populi nigrae iuxta terram conciso fermentum aqua resolutum infundatur, illico profiliet ægiritæ fungi. Addit, si montanum aruum multis calamis, stipulis, & fruticibus scatens, cum cælum imbres parturit, incédatur, permulte sponte naturæ prorumpent fungi. Si tamen aruo iam ignem experto forte fortuna non subsequatur, quanuis impenderet, aqua linteo raro stillatim imbris imitatione conspergenda. Iis incensis locis nascentur fungi quidem, sed aliquanto detiores: siquidem meliores in hoc genere sunt, qui imbre aluntur. Fungorū lentior & numerosa natura, nec nisi ferè ex arborum pituita. Tutissimi qui rubent callo, minus diluto quàm boletis rubore: mox candidi, velut apice flaminis, insignibus pediculis. Tertium genus suillis accomodatum venenis. Quidam discernere arborum generibus, fico, ferula, & gummiferis: nos item fago, aut robore, aut cupresso. Omnium colos liuidus. Sed ijs aberit argumentum veneni, quo similiores arbori fico fuerint. Innocentissimi erunt si pyra syluestria cum fungis incoquantur. nanque virus eorum exitiale, ancepsque detrahunt. Imbrisbus proueniunt hæc omnia. Siccantur pendentes suilli, iunco transfixi, quales à Bithynia veniebant. Succineis nouaculis & argenteo apparatu ipsæ suis manibus delitiæ coquebant, vnde Græci hos deorum cibo nasci dicunt. Porphyrius deorum filios fungos & tubera vocat, quia prouenire videntur sine semine. Poetæ Græci gegenes cognominant, hoc est natos terræ. Eos, quorum pater ignotus, filios terræ vocare solemus, quod Cicero in quadam ad Atticum epistola confirmat. Recentiores alia quoque nomina vel genera dedere fungis: ouatos ab oui similitudine, spongiolos à spongia, digitellos à digito, porriginosos à porrigine, pezicas quasi sessiles, & pediculis carentes. Lacinia priuatim dicuntur è castanea, magnitudine spectabiles, vt singuli sufficiant. Innocentissimi sunt è rubis, & carduis vere nati, rotunditate clusili, quos *spinulos* inde & *prunulos* appellant & *cardeolos*. Oritur & è saxo, id est lapide lyncurio siue lynceo vulgari voce dicto, fungus admirabili natura. Præciditur hic in esum, & alius sub nascitur anno toto. Pediculi pars relicta duratur in silicē, atque ita crescit semper lapis restibili fecunditate. Nouum hoc genus sibi vita comperit, in vicemque multa perdit. Theophrastus tradit in mari circa Herculis columnas, cum vnda succreuerint, in litoribus fungos enasci qui in lapides insolati durescant. Hoc idem Athenæus adfirmat Theophrasti testimonio fretus. Sunt & igniarij

quidam fungi, quibus diutius latere condunt ignem. ijs strigilium aut deletilium spongiarum vice tonstrinæ vtuntur. Sunt qui tradunt (vt apud Dioscoridē legitur) vtriusq; populi, albæ dico & nigræ, corticem in minutias concisum, & segetibus stercoratis inspersum, fungos vtilis, innocētēsq; parere, anno toto restibiles. Galli fungos *campiniones*, quòd in campis tepido imbre proueniunt, nominant. Præferunt è montibus inter iuniperos & in locis apricis enatos, quanquam scribat Horatius,

” Pratensibus optima fungis

” Natura est, alijs male creditur.

Nanq; qui riguis prodeunt longo pediculo, callo corporis in turbinem mucronato, *merulios*, à metæ figura, quasi metulios nominant. Aliqui à neto fusorū glomere, *fuseos* malunt appellare. Ii moroso diuitū palato magis placent. Alij lætiores natura breui nituntur petiolo, clusili rotūditate insignes, diluto intus rubore, exterius candidi, qui cibo non improbantur, *campestris* nominantur. Alij in nemoribus ex radicum pituita, calyce patulo, nigris intus aut liuentibus membranulis horrentes, qui vt noxij cibus abdicantur. Alij terræ cohærent nullo fulti pede, in globum circinati, nec vlla sui parte patētes dehiscunt. qui cū rumpuntur, atram fuliginem eructant, toto callo in fumū abeunte. hos *crepitus lupi* nostrum vulgus appellat. ij nullo pacto manduntur. Alij velut succremēta quædam magnæ molis in caudicibus arborū, aut ramis tam pertinaciter hærent, vt vix auelli possint. hos appellamus *arboreos*. Nicæder in georgicis eos ait lethales esse, qui in olea, punico, ilice & quercu nascantur. Diphylus medicus scriptū de fungis ita reliquit, Fungi stomacho placent, aluum cient, alunt corpus sed ægre coquuntur, flatu creant. tales ex Ceo insula petuntur. Permulti tamen iugulant, qua sorte putantur minutissimi. Familiares & innoxij creduntur recētes, minutissimi, molles, friabiles, & qui in vlmis & piceis proueniunt. Aduersantur nigri, liuentes, rigidi. Iis qui hoc ancipiti cibo strāgulantur remedio est, aquæ mulsæ, nitri, & aceti potus, ita vt vomitione reddantur. Itaq; parari debent ex aceto, aqua mulsæ, vel melle & sale, ita iugulandi tollitur periculū. Inter fungos, vt Galenus scribit, boleti innocentissimi, si ritè coquantur, proximi Amanitæ, reliquos vitare nos suadet, q̄ multis mortē attulerint. Pituitam gelidam noxio succo inuictam pariunt, argumento eorum qui vomitu reijciunt, non nisi concretā argentēmq; cum inconfectis emittunt. Porrò coquendi communes eorum dantur obseruationes. noxij erunt fungi, qui in coquendo duriores fiunt: innocētiore, qui nitro addito coquantur, si vtiq; percoquantur: tutiores fient cum carne cocti, aut cum pediculo pyri. Profunt & pyra confestim sumpta. Debella eos aceti natura ijs contraria. Aliqua tamen in fungis sunt auxilia. Fluxionibus alui, quas rheumatismos vocant, medentur: ex crescentibus in sede carnibus, minuunt enim eas & tempore absumunt. Item lentigines & mulierū vitia in facie leuant. Lauantur autē vt plumbum ad oculorum medicamenta. Sordidis vlceribus & capitis eruptionibus, canū morsibus ex aqua illinuntur. Fungorum discrimē duplex Dioscoridi, aut enim esu teneri sunt, aut perníciales. Ii multis modis virus contrahunt, modo clavis iuxtā defixis, modo panni marcore, modo serpentum afflatu proxime cauernas earum nascentes, modo arborum pituita quæ sponte naturæ nocentes fructus ferunt. Omnibus ijs spuma quædam & colluies insidet. Non in-

sunt hæc vtilibus, proinde iuribus gratiam habent, cibis non iniucundi: largius tamen sumpti periculum adferunt, & ægrius concocti strangulant, aut choleram mouent. Remedio sunt nitri potus, aut lixiuia cum acida muria, aut feruefactæ satureiæ, aut origani iusculum. Expugnantur gallinacei fimi potu cum aceto, aut eiusdem delinctu cum melle multo. Omnino carnes alunt, à natura tamen inuicti, integri cum alui recrementis eijciuntur.

¶ Colchicon. Ephemeron. Lens palustris. Cap. CXV.



10 **O**lchicon, alij ephemeron, Romani bulbum agrestem, exitu autumni florem fundit croceo similem, subcandidum, posterius folia pinguiora quàm bulbi, caule semipedem alto, semine rufo, radice foris è nigra rufescente, quæ desquamata intus albicet, teneraque ac lacte succosa, gustatu dulcis inuenitur. Medio bulbo dehiscit rimula, vnde flos erūpit, magno eius in Mes-
 15 senia, & apud Colchos prouentu. Venenum hoc fungorum modo iugulat edentes, alioqui non demonstrandum nisi vt caueretur, bulbi similitudine inuitante: mirum est enim quantum species ignaros alliciat. Auxiliantur edentibus quæcunque fungos debellant, peculiariter bubulum lac, vt quoties habeatur hoc, nullum præterea quærendum præsidium sit. Colchicon & ephemeron, de
 20 quo mox proditur, hermodactyli genera à neotericis vocantur. Galenus & Paulus ephemeron duplex faciunt Dioscoridem sequuti, vnum delibutorij veneni, de quo nunc agitur: alterum quod irim syluestrem cognominant, de quo proxime dicetur. Colchicon sane haberi passim prædicant. Hodie rura apud nos *caninecam* ephemeron appellant, quòd canes deuoratum necet. exitu enim
 25 autumni in pratis florem ædit albicantem, ab eo tempore folia bulbi, pinguiora, caulem palmeum, rufum semen, radicem è nigra foris rufam, quæ delibrata candidat, & mollis spectatur. Lacteo madet succo, atque gustatu dulcis sentitur. Bulbo medio rima dehiscit, qua flos erumpit. Officinæ *hermodactylon* vocant, è quo catapotia ad podagras tantopere commendantur. Hoc item bulbi folijs emicat pinguiusculis, caule semipedali, flore croci, candido, qui autum-
 30 ni exitu erumpat, radice bulbacea, forinsecus nigra, intus alba, lacteo dulcique succo plena. hæc lethifera, pruritum exterius ciens, interius vellicans, cum graui stomachi exæstuatione, mistum cruorem strigmentis in aluum depellens. Antidotum huic lac bubulum. Habet & in medicina suos vsus, anxia nimis quorundam venenis pro remedijs abutendo, quorum medicina maioris mali periculum adfert. Hermodactylos porrò, ex quibus catapotia tantopere com-
 35 mendantur, ab Aëtio & Paulo ephemeron non esse satis mihi constat, etsi recentiores pro ephemero vsurpent, cum Paulus separatim tanquam diuersorum mentionem fecit, tradens hermodactyli radicem alui deiectionem moliri, priuatim in articularijs doloribus, in defluxione decoctum eius dari, verum stomacho aduersari. Præterea Dioscorides quinquefolium hermodactylon quoque
 40 dici, & morbis articularibus & coxendici conuenire prodit, ephemeron tumoribus. Ephemeron quidam irim syluestrem appellauere, folia fert lilij, tenuiuscula, caulem quoque parem, florem candidum, amarum, semen vero molle, radicem vnam, digitali crassitudine, longam, saporis astricti, odoris non iniucun-

di. nascitur in lucis opacis. Ephemerum Plinio folia habet lilij sed minora, cau-
 lem parem, florem cæruleum, semen superuacuum, radicem vnam digiti cras-
 situdine, dentibus præcipuam concisam in aceto, decoctamque vt tepido col-
 luantur. Et ipsa etiam radix mobiles sistit, cauis & exesis imprimatur. Folia eph-
 meri tuberibus atque tumoribus illinuntur. Dioscoridi radix in dentium do-
 lore colluitur. Folia in vino decocta tumoribus & tuberculis imponuntur, quæ
 si nondum exaniarint, discutiunt. Ephemerum dictum, quod intra diem iugu-
 let, Theophrastus putat: sed illud aliud est genus, & colchicon proprie credide-
 rim, folio ellebori, radice omnibus nota, seruorum in desperatione confugi-
 um. Hoc & ipsum colchicon ephemeris appellatione Plinius intelligit, quoties
 10 medicinas contra impactum ephemerum commemorat. Verba Theophrasti sub-
 didimus, quod ad rem faciant. Aliud inuenitur veneni genus quod die eodem
 iugulandi vim obtineat, esseque radiculam prædicat, quæ eodem die necet, in-
 de ductum putat nomen ephemeris, omnibus notam, folio ellebori, seruorum
 in desperatione refugium: vim tamen radicis mortiferam præparari posse, vt
 15 celerius vel tardius hominem rapiat, ita vt difficili vel leni tollat interitu: ac-
 celeret, differatque sumentibus exitium, debellari tamen facile potest. Diosco-
 rides nullam ephemeris vim lethiferam assignauit, sed radicem longam, non
 vt in Colchico, rotundam. Plinius quoque vim salutarem, nec exitiosam eph-
 mero tribuit: quare non desunt qui herbam vulgo *lilium conuallium* dictam esse
 20 existiment, sua sponte nascentem in opacis & lucis, vnde nomen lilij conuallen-
 sis, caule multo, tenuiore, flore candido, suauiter olente, vnde rura *muschetum* ap-
 pellant, gustu subamaro, semine molli, radice digiti minimi crassitudine, singu-
 lari, longa, astringente, odorata. Plinius ei cæruleum florem tribuit, quo colo-
 re rarissime cõspicitur. Plurimæ profecto, quin potius omnes ephemeris, à Dios-
 25 coride descripti, ferè huic *lilio conuallium*, vel *grandiori*, vt vulgi vtar vocabulo,
muschato respondere cognoscuntur: quapropter à Dioscoride ephemerum ap-
 pellari putandum est, non quod eadem die iugulet, nullam enim ei vim morti-
 feram assignauit: sed quod flos confestim deciduus, non longius vno & altero
 die commoretur, vel decerpto longior ei vita dies, tam fugaci noscitur sorte. 30

Lens palustris inuenitur in aqua non fluente, muscus assimilis lenti, refrige-
 ratoriae naturæ, propterea ignibus sacris, inflammationibus, & podagris illini-
 tur, & per se & cum polenta. Glutinat interanea puerorum procidentia. Est &
 palustris lens Plinio, per se nascitur in aqua non fluente, refrigeratoriae naturæ,
 propter quod collectionibus illinitur & maxime podagris, & per se & cum po-
 35 lenta. Glutinat & interanea procidentia. Lens palustris sine radice conspicitur,
 sine folijs, etiam si id quod in ea fructificat, sit simile folio, minus habili humore
 quàm vt in eo folium conflari possit. Quidam aliud genus, non in aqua, sed vli-
 ginosis, dilutisque nascens, maius eo tradunt, carès folio, agriam phaceam, hoc
 est syluaticam lentem vocantes. Priorem vulgus *aquæ lenticulam* nominat. ea sta-
 40 gnantibus aquis & residibus innatat, herbaceo colore, & quasi muscus, forma
 tereti, folijs semperuiui, sed longe minoribus, sine radice.

Aizoon maius.

Cap. CXVI.



Izoon maius Romani Iouis oculum & sedum nominant, ideo Græci sic appellant, quoniam sempiternum sit fronde. Maiores caules cubiti altitudinē excedunt, crassitudine pollicari, pingues, fruticosi, incisuris characiæ tithymali præcincti, folia pingua latitudine pollicis, in cacuminē linguæ similia, alia in terram conuexa, alia in capite stantia, ita ut prædenso cinctu effigiem imitentur oculi. Nascitur in montanis

& in fictilibus. A quibusdam autem in tectis domorū seritur. Aizoon, ut Plinius tradit, duo genera, maius in fictilibus vasculis seritur. Sunt qui ambrosiā potius nominent, aliqui amerimnon, alij zoophthalmion, alij stergethron quod amatorijs conueniat, alij hypogeson quoniam in subgrundijs fere nascitur: Itali sedum magnū aut oculum, aut digitellum. Alterum minusculum quod erithales vocant, alij trithales, quia ter floreat, alij chysothales, alij isoetes, Itali sedum, alij aizoon, utrunq; quoniam vireat semper, aliqui semperuiuum. Maius cubiti altitudinem excedit, crassitudine plusquam pollicari, folium aliud in cacumine linguæ simile, carnosum, pingue, largo succo, latitudine pollicari, alia in terrā conuexa, alia stantia, ita ut ambitu effigiem imitentur oculi. Quod minus est in muris parietinisq; nascitur, & tegulis, fruticosum à radice, & sursum vsque ad cacumen, folijs angustis, mucronatis, succosis, palmum alto caule, radix inutilis. Sedum maius seu semperuiuum, Galli hodie *iombarbā*, quasi Iouis barbā appellant, folijs ternūm digitorum longitudine, duūm latitudine, carnosus, læuibus, oblongis, mucronatis, succulentis, circa radicem densis ac semper virentibus, caule sesquipedali proceritate, crassitudine plusquam pollicari, simplici radice. Haud alibi fere quā in subgrundijs & fastigijs domorum inuenitur. Sunt qui aithales à viroris æternitate, ut trithales à tero flore, & amerimnon à solitudinis depulso, & crothales à vernantis comæ consequio nominent. Sedum herbam putant fuisse eam quæ Glauco marino deo immortalitatem dederit. Fuit & alter Glauco in fabulis, qui Dracone medico monstrante, contactu herbæ, cuius non redditur nomen, reuixerit, sub Minoe. Aizoon minus siue semperuiuum, in muris, & petris, & sepibus, oppidorūmque fossis nascitur, situ vmbroso, cauliculis pluribus ab vna radice, folio denso, minuto, pingui, longo, mucronato, in medio caulis altus palmo, vmbellam & florem herbaceum sustinens, tenuēmq; huius folijs eadem quæ sedo maiori natura. Hoc in muris, parietinis prouenit & tegulis, fruticosum à radice sursum ad cacumen, folijs angustis, & item succosis, radice inutili. *Vermicularis* & *cauda muris* vulgo dicitur, frequentibus à radice cauliculis palmaribus, coma quidem innumera, sed minutissima foliatis. Ea tamen teres est, succosa, indiuidua, flosculis luteolis, radice inutili, candido interdum etiam flore spectatur. Sunt qui sisotheon aut gessitin, quasi grundiarum, nominant. Huic similis est quam græci andrachnam agriam, Itali illecebram, pusillis, latioribus folijs, & breuiori cacumine, nascitur in petris, & colligitur cibi causa. Vtimur ea & nos in acetarijs. Huic leptophyllo cognomentum dant, alij petrophyes, alij syluestre aizoon, alij portulacam syluestrem, alij illecebram, pinguioribus folijs, portulacæ similibus, hirsutis. emicat

in petris excafactoria & acri natura & exulcerante. Cū axungia strumas impositū discutit. Primarū duarum vis eadē, refrigerare & astringere. Medentur epiphoris folia imposita vel succus inunctus: purgāt enim vlcera oculorū, explētq; & ad cicatricē perducunt, palpebras reglutināt. Eadē capitis doloribus medetur succo vel folio tēporibus illitis. Aduersantur phalangiorū ictibus. Aconito vero maius aizoon præcipue. A scorpione quoq; feriri id habentē negant. Medentur & aurium dolori. Aizoon folijs contritis ex vino torminibus resistit. Ardoribus imponitur cum polenta tritum. Idem in primo impetu podagræ rubentis, hoc est calidæ conuenit. Ambustis cum radice cyclamini linitur. Duritias omnes & collectiones discutit. Sanguinē sistit in nares inditum si inde fluat. Contusis & euerfis, etiam si febris sit, aizoon omne subuenit, sed è maiori succus efficacissime. Herpetas, & nomas, & putrescentia sanat. Mammarum vitijs aizoon, quod digitellum appellauimus, vnice medetur. Succus eius aluum sistit, & dysenterias, & tineas rotundas pellit. Vigiliarum remedio monstratur aizoon, siue sedum, si inuolutū panno nigro ignorantis puluino subijciatur. Iis quæ serpunt, & igni sacro medetur, eiq; qui medium hominem cingit, zoster appellatur, enecat cum cinxerit. Democritus succo herbæ, quæ aizoon appellatur, in tegulis nascens, latine sedum aut digitellū, medicata seri iubet omnia semina. Succus sedi in spersus arcet erucas. Natura, vt Dioscorides perhibet, maiori refrigerare, astringere. Medentur igni sacro, nomis, vlceribus quæ serpunt, oculorum inflammationibus, ambustis igni, podagris per se & cum polenta illita folia. Succus cum rosaceo infunditur ad capitis dolores. Datur in potu contra phalangiorum ictus, dysenteriam, aluūq; profluvia. Teretes tineas pellit in vino. Subditus in vellere fœminarum abundantiam sistit. Oculis lippiētibus sanguinis vitio perungitur. Eisdem pollet viribus aizoum minus.

¶ *Vmbilicus Veneris.*

Cap. CXVII.



Otyledon Græcis, Romanis vmbilicus Veneris, folium habet acetabuli figura, orbiculatum, imperspicueque concauum, cauliculo breui, qui è medio profilit, & in eo semen, radice oliuæ modo rotunda. Plinio herbula est cauliculo tenero, pusillo, pingui folio, & concavo vt coxendices. nascitur in maritimis petrosisque viridis, radice oliuæ modo rotunda. Officinis hodie dicitur *Veneris vmbilicus*, herba non adeo magna, cauliculo pusillo, tenero, fistuloso, folijs acetabuli forma, vnde Græcis nomen. inuenitur in maritimis petrosisque. Non est hæc, vt quidam rentur, ea quæ *cymbalaris* vulgo dicitur, etiã si cymbalion à Dioscoride vocetur. Est autē *cymbalaris herba*, folio tenuis anguloso, hederaceo, flore paruo, purpureo, in muris terræ nascens. Eadem tamen ab omnibus probatur esse cymbalaris cum vmbilico Veneris, cū & similitudo cōfluat, & foliū hederæ habuerit, nã ei tribuitur orbiculatū, ineuidenter concauū, quod non longe abest ab hederaceo: reliqua paria fere cōperiuntur, nec natales dissentiūt. Quare potius hac in parte herbariorū iudicio subscribo. Est & aliud genus eiusdem cymbalion cognomine, sordidis folijs, latioribus, specie ligularū, dēfioribus circa radicē, ita vt ambitu effigiē imitentur oculi, quemadmodū in sedo maiore, gustus asperi, cauliculo tenui, & in eo flos & semē hyperici, radix grandiuscula.

Vfus eius ad eadē quæ sedi. Est & alterū genus quoq; eiusdē Plinio, sordidis fo-
 lijs, latioribus defioribúsq; circa radicē velut oculū cingētibus, asperrimi gustus,
 longiore caule sed pergracili. à multis genus aizoi reputatur. Huius vsu Hippo-
 crates in cibo foemininū sexū cōcipi, sicut priore masculinū prodidit. Cotyledon
 5 oculis medetur succo. Infunditur etiā auribus purulētis cū medulla ceruina cal-
 facta. Omnia vesicę vitia sanat, & calculos herba & radix cotyledonis: itē genita-
 liū inflammationē pari pondere & caulis, & seminis, & myrrhæ. Malis quæ ser-
 punt radix cū mulso medetur. Ardoribus imponitur cotyledon trita cū polen-
 ta. Cum medulla ceruina calfacta fistulis omni in parte dehiscētibus auxilio est.
 10 Perniunculos curat cum axungia. Condylomata & hæmorrhoidas mire sanat.
 Hydropicos emendat radix ex mulso. Prioris succus præclusis genitalibus, vt
 Dioscoridi placet, circumlitus infusúsq; prodest. Inflammationibus, ignibus fa-
 cris, pernionibus auxiliatur illitu. Stomachi feruores refrigerat. Folia cum radice
 commanducata calculos comminuunt, vrinās ciēt, hydropicis ex melle dantur,
 15 amatorijs adhibentur. Secundæ cotyledonis vis eadem quæ semperuiui.

¶ Vrtica.

Cap. CXVIII.



Calyphen, alij cniden, Romani vrticam vocāt. Binæ igitur dif-
 ferentiæ sunt, altera syluestrior & asperior, latior, nigrior folijs,
 20 femine lini sed minore: altera tenui femine, minor. Vrtica ex a-
 culeatis generibus maxime nascitur, acetabulis in flore purpu-
 ream lanuginem fundentibus, sæpe altior binis cubitis. Plures
 eius differentiæ. syluestris, quam foeminam vocant, mitior. In-
 ter syluestres, quæ dicitur cania acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis folijs:
 quæ vero odorem fundit, herculana vocatur. Semen omnibus copiosum, nigrū.
 25 Mirum, sine vllis spinarum aculeis lanuginē ipsam noxiam, & tactu tantum le-
 ui, pruritus pustulásq; confestim adusto similes existere. Notum est remedium
 olei. Sed mordacitas non protinús cum ipsa herba gignitur, nec nisi solibus ro-
 borata, incipiens quidem ipsa nasci vere non ingrato. Multis etiam religioso in
 cibo est ad pellendos totius anni morbos. Syluestrium quoque radix omnem
 30 carnem teneriorem facit simul cocta. Quæ innoxia est, morfu carens, anonium
 vocatur. Vrtiam Galli nominant. Adeò nobilis est improba foliorum mordaci-
 tate, caule quoque lanugine noxio, cubitali, acetabulis in flore purpuream fun-
 dentibus lanuginem, femine copioso, nigro. Quæ vero ex ijs mitissima, folijs
 non mordentibus lamium siue anoniū vocatur, à quibusdā vrtica iners & mor-
 35 tua, folijs mordacis minoribus, candidioribus, tactu innocētibus, flore albo cau-
 liculos coronante. vnde vulgus nostrū vrticam albam appellant, & mortuam: vt in-
 uisam illam, quæ leui tactu vredinē ac pustulas protinús excitet, viuam appellant
 vrticam & griacam, quasi agriam & syluestriorem. Ea longis irritata solibus adul-
 40 tior, multo magis prurigne laceffit. Si quadrupedes initum nō admittunt, vrtica
 naturalia earum fricanda monstrant. In Oeta monte steriliū, nec iniri se patien-
 tium caprarū vbera terētes ea lac eliciunt. Apud Atticos, vt testatur Athenæus,
 herba dicitur pruritus mouens, à quo effectū reliqui græci cnidam, quasi pruri-
 ginosam vocant. Semen colligi messibus oportet. Alexandriū maxime laudatur
 ad omnia. Ex vrtica in Aegypto fit oleum. Plurimis ea scatet remedijs. Semen

eius cicutæ cōtrarium esse Nicander adfirmat: item fungis, & argento viuo. Apollodorus & salamandris cum iure decoctæ testudinis: itē aduersari hyoscya-
 mo, & serpētibus & scorpionibus. Quin illa ipsa amaritudo mordax vuas in ore, procidentēsq; vuluas & infantū sedes tactu resilire cogit: lethargicos exper-
 gisci tactis cruribus, magisq; fronte. Eadem canis morsibus addito sale medetur. Sanguinē trita naribus indita sistit, & magis radice: carcinomata & vlcera
 fordida sale admisto: item luxata. Sanat & panos, parotidas, carnēsq; ab ossibus
 recedentes. Semē potum cum sapa vuluas strangulantes aperit, & profluvia na-
 rium sistit impositum. Vomitiones in aqua mulsa sumptū à cœna faciles præstat
 duobus obolis: vno autem in vino potu, lassitudines recreat. Vuluæ vitij to-
 stum acetabuli mensura medetur. Potum in sapa resistit inflationibus stomachi.
 Orthopnoicis prodest cum melle, & thoracem purgat eodem eclegmate. La-
 teri medetur cum semine lini, addunt hyssopum & piperis aliquid. Illinitur lie-
 ni. Difficilem ventrem tostum cibo emollit. Hippocrates vuluam purgari po-
 to eo pronunciat: dolore leuari tosto acetabuli mensura dulci potu, & imposito
 cum succo maluæ: intestinorum animalia repelli cum hydromelite & sale: deflu-
 uia capitis semine illito cohonestari. Condidit laudes eius Phanas physicus, vti-
 lissimā cibis coctam conditamve professus arteriæ, tussi, vëtris destillationi, sto-
 macho, panis, parotidi, pernionibus: cum oleo sudorem, coctam cum conchulis
 ciere aluum: cū ptisana pectus purgare, mulierūmq; menses: cū sale vlcera quæ
 serpunt prohibere. Articularijs morbis & podagricis plurimi cum oleo vetere
 imponunt. Ad eadem radix tusa cum aceto non minus vtilis: item lieni. Cocta
 in vino discutit panos cum axungia vetere salsa: eadem psilothrū & ficca. Suc-
 cus quoq; in vsu est. Expressus illitūsq; fronti sanguinē narium sistit. Potus vri-
 nam ciet, calculos rumpit. Vuam gargarissatus reprimit. Et mitiores quidem te-
 neræq; efficaces, sed præcipuæ syluestris illa lepras in facie tollit in vino pota.
 Vtriusque folia, vt testatur Dioscorides, canis morsibus addito sale aduersan-
 tur, emendant gangrænas, & quæ vocantur cacoëthe, carcinomata, fordida vl-
 cera, item luxata. Sanat & panos, parotidas, tubercula, suppurationes. Illinuntur
 lieni cum cerato. Profluvia narium cum succo sistunt trita & imposita. Mulie-
 rum menses admotis cum myrrha ciuntur: recētibus illitis procidentes vuluæ
 resiliunt. Semen potum ex passo venerem stimulat, vuluas aperit. Orthopnoi-
 cis, & laterum dolori, pulmonum inflammationibus prodest illinctum. Thora-
 cem expurgat. Exedentibus medicamentis admiscetur. Aluum folia cum con-
 chulis decocta molliunt, vrinam ciet, inflationes discutunt, pectoris excreatio-
 nes adiuuant, menses eliciunt si myrrhæ paulum adijciatur. Succus vuam garga-
 rissatus reprimit. Ea vero quæ lamiū appellatur, mitissima est, & folijs non mor-
 dentibus. Medetur cum mica salis contusis, incussisq; & strumis, tumoribus, po-
 dagris, vulneribus. Album habet in medio folio quod ignibus sacris medetur.
 Quidam tempore discreuere genera. Autumnalis vrticæ alligatam in tertianis
 liberari morbo tradiderunt. Hoc idem contra quartanas pollere. Idem vrticæ
 radice addito sale infixæ corpori extrahi, folijs cum axungia strumas discuti,
 vel si suppuraerint erodi, complerique.

¶ Galeopsis. Galion. Erigeron. Senecio. Thalictrum. Cap. CXIX.



5 Galeopsis, alij galeobdolon, Romanis vrticalabeo, caulis & folia
 vrticæ læuora, & quæ pergrauē odorem trita reddunt, flore pur-
 pureo, tenui. nascitur circa sepēs & semitas, & in ruderibus pas-
 10 sim. Plinio galeopsis, aut vt alij galeobdolon, vel galion, folia
 habet vrticæ, læuora, & quæ grauē odorem trita reddant, flo-
 re purpureo. nascitur circa sepēs & semitas vbique. Ea putatur
 à multis esse, quæ vulgo & officinis *agripalma* dicitur, optimè mulieribus cognita,
 15 quas sæpe strangulans vterus opprimit. nanq; suo graui odore reuocat, & velut
 exanimes recolligit. Non carēt ea matronę vuluæ vitio opportunæ. nanque fru-
 tex est thyrsus ac fronde vrticæ læuoribus, quæ detrita grauē fundant odorem,
 flore purpureo, cacumine caulis aspero. nascitur propter vias in sepibus & ruder-
 20 ratis. Folia caulēsq; duritias & carcinomata sanāt ex aceto trita & imposita: item
 strumas, panos & parotidas discutiūt. Ex vsu est & decocto succo fouere. Putre-
 scentia & gangrænas emendant ex sale. Folia, succus, caules, semina duritias, car-
 25 cinomata, parotidas, panos discutiunt: sed bis die tepidis lini debent, & decocto
 foueri. Nomas, putrescētia, gangrænas sanat cum sale. Galion, alijs galerion,
 alijs galation, dictum à lacte, cui additum pro coagulo est. folium habet & ramu-
 lum stantem, vtrinque simillimum aparinæ, florem in cacumine luteum, exilem,
 20 densum, frequētem, odore grato. Nostris rusticis *minus muschetum* vocatur, quod
 flos iucundo placeat odore. Nanq; ramulum foliūmque profert aparinæ similli-
 mum, rectum, florem in cacumine luteum, aliàs candidum, tenuem, copiosum,
 odoratum. in aruis & humidis prouenit, folijs circum caules aparinæ modo stel-
 latim radiatis, sed aliquanto maioribus. Nomen inuenit ex eo quod flos eius vi-
 25 spissandi lac coagulet. Flos ambustis illitus medetur, sanguinis profluua cohibet.
 Idem cum cerato rosaceo in solatur donec albescat, ita inunctus lassitudines re-
 creat. Radix venerem stimulat. Nascitur in palustribus. Erigeron Latinis se-
 necio dicitur, herba est cauliculo cubitali, subrubro, folijs pusillis & crebris, per
 extremitates erucæ modo laciniatis, sed minoribus multo: flos luteus, qui breui
 30 digestus abit in pappos, vanescitq; in lanugines. Et ideo nomen herbæ datū, quia
 flores capillitij modo vere canescant. radix inutilis. nascitur in septis, & circum
 oppida. Erigeron Græcis, Latinis senecio, herba est Plinio trixaginis specie &
 mollitia, cauliculis subrubicundis. nascitur in tegulis & muris. Nomen hoc Græ-
 35 ci dederunt, quia vere canescit. Caput eius numerosa diuiditur lanugine, qualis
 est spinæ, inter diuisuras exeūte, quare Callimachus acāthida appellat: alij pap-
 pum, nec deinde Græcis de ea constat. Alij erucæ folijs esse dixerunt, alij roboris
 sed minoribus multo: radice alij superuacua, alij neruis vtili, alij potu strangulā-
 te. Nec defuere, qui alterum genus facerent, nec quale esset demonstrarent, dan-
 tes contra serpentes bidendum, edendūmve comitalibus. Cæterū senecio apud
 40 Gallos nomen retinuit, cauliculo molli, subrubro, dodrantali, folio carnofo, la-
 cinioso, profundis anfractibus sinuoso, melanthij siue gith effigie, floribus luteis,
 qui in lanuginem euanescunt pappum dictam. Sunt qui senecionem intellexis-
 se putant Nicandrum cum geraon pogona dixit, quasi senis barbam: cum ve-
 rissimilius sit herbam hirci barbulæ similem notari, quæ vulgo *barba senis* dicitur,

de qua in geropogone supra diximus. Plinius eam Romanis experimentis per vrus digessit. Lanugo eius cum croco ex exiguo aque frigidæ trita illinitur epiphoris: tota cum mica salis strumis. Quidam herbam regio morbo cum vino dederunt, & contra omnia vesicæ vitia, item cordis & iocineris. Renibus extrahere arenam dixerunt. Ischiadicis drachmam cum oxymelite ab ambulatione propinquare. Tormi- 5 nibus quoque in passo vtilissimam, præcordijs etiam cibo ex aceto prædicantes, ferentibusque in hortis. Dioscoridi folijs & floribus natura refrigerandi: quapropter cum exiguo vini lita, siue per se, testium inflammationibus sedisque medetur. Cum omnia, tum neruorum quoque vulnera cum manna thuris persanat. Lanugo eius per se tantumdem præstat ex aceto inducta, verum recens in potu strangulat. 10 Caulis totus in aqua decoquitur ad sanandos stomachi dolores, quos bilis creauit, cum musto bibendus. Thalictron folia coriandri habet, pinguiuscula, cauliculum rutæ crassitudine, in quo summo folia, quæ trita illitu vlcera vetera ad cicatricem perducunt. nascitur præcipue in campestribus. Thalictron, vt Plinius tradit, folia coriandri habet, pinguiora paulo, caulem papaueris. Nascitur vbiq; præcipue 15 in campestribus. Dioscorides & Galenus rutæ caulem ei tribuunt non papaueris, librarijs similitudine vocabulorum deceptis, in quos Plinius inciderat. Multa certe, & omnia fere paria, comperio in herba, quam herbarij huius ætatis *argentinam* appellant. nam folijs conspicitur coriandri paulo pinguioribus, caule rutæ crassamento, superne densius foliato. inuenitur vbiq; sæpe in campestribus & mace- 20 rarijs. Herba argenteo micat coloratu, inde nomen ei noscitur inditum. Medentur vlceribus folia cum melle.

¶ *Bryon marinum. Phycos marinum.*

Cap. CXX.



Bryon thalassion nascitur in lapidibus testaceisque, lactucæ folijs, gracile, citra caule. Bryon marina herba sine dubitatione, lactu- 25 cæ folijs rugosa, veluti contracta, sine caule, ab ima radice exerentibus folijs. Nascitur in scopulis maxime, testisque terra comprehensis. Foliū ei herbidum, latū, vel in rugas contractū. Principio alio atque alio, sine caule, plusculis ab ima radice prodeuntibus lactucæ folijs. Præcipua ei siccandi spissandique vis, collectiones omnes inflammationesque cohibendi, præcipue podagræ, & quicquid refrigerare opus sit. Phycos thalassion. plura eius genera, latiore folio, quadam tenuis longo & rubente: alterū candido, in Creta insula iuxta terram florentissimū incorruptumque. Phycos thalassion, id est fucus marinus, lactucæ similis, qui conchylijs substernitur. Tria eius genera, latum, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis folijs, quo 35 in Creta vestes tinguntur. Phycos non habet alia lingua nomen, etiā si fucus apud nos dictus esse videatur. Hic autem frutex est lactucæ similis. Genus ei triplex, vnum folio lato, viridi, ob id prasson vocatum, ab aliquibus zoster, radice foris pilosa, intus squamatim compacta, prælonga, & crassa, vt cepis & gethyo. Alterū simile fœniculo nec viride, sed pallidum, sine caule, rigens tantum atque stans, & 40 eo copten à duritia vocatum. In testis fractis saxisque nascitur terra, vt mari tamē alatur. nam superius inuadit haud procul litore, extra Herculis columnas magnitudine mirabili. Latitudo quæ manu comprehendi nequeat. Fertur hoc fluctu extrinsecus in nostrum mare, prasson etiam vocatum, quia pari fronde sit.

Annum esse traditur, vtrūq; præcipiti verno enasci, per æstatē vigere, autum-
 no flaccescere, hyeme emori. Tertiū gramini simile est, radice longa, obliqua, ge-
 niculata, caule arundinis, longe minus q̄ cætera. Alij breuius genera distinguunt,
 primum lato, secundum longo, quod & rubens, vltimum crispo quod pelagion
 5 & Cretense nominatur, quia spongiarij vrinatores ex alto id petant. Circa Cretā
 in petris copiosissimum & præstātissimum, quo & tænias, & lanas, & vestes infici-
 ant, prouocāte purpuras quandiu recens tinctura est, ita colorem alligans, vt po-
 stea non possit elui. Laudatissimum, idēq; copiosissimum à parte Aquilonis,
 quemadmodum & spongia. Fucus cognomento marinus, vt à metallico distet,
 10 marinarum fruticūmq; multa complectitur genera. Est nanque vulgaris, quæ &
 rufa, in saxis repēs, bullata, lubrica, geniculata, rauo colore, folio carnosio, ex par-
 te supernatans. Est & alia folio lato, colore herbido, à quo & prasson & zoster ap-
 pellatur, radice crassa, hirta, squamata, crassāq; gethyo non absimilis. Est & que-
 dam folio piloso, magnitudine tanta vt vix manu comprehendi possit, sed huic
 15 anniuersaria vita. Nascitur vere, viget æstate, minuitur autumno, hyeme interit.
 Est alia folio gramineo, caule calamaceo, radice geniculata. Est deniq; pelagica,
 folio crispo, qua Cretenses lanas tingunt purpureo colore, ob id pseudoconchy-
 lion à Democrito vocatur, & flos, siue coccus marinus, & à Strabone in Arabico
 sinu. Rustici apud nos *feulum* vocant herbulam, quasi fucum, in altis rupibus &
 20 editis silicibus enatam, folio lactucæ, crispo, quod non sine magno quæstu eruūt,
 inde & dominis tributa pendunt, summopere quæsitum inficiendis lanis colore
 cum purpura de primatu certante. Fucus marinus nō podagræ modo malo, sed
 omnibus articulorum morbis liberat impositus priusquam exarefiat. Nicander
 eam aduersus serpentes dedit. Rufa scorpionum ictibus medetur. Refrigerandi
 25 vim habēt Dioscoridi fuci genera, perunctionibus podagrarum & inflammatio-
 nibus vtilem, priusquam exarescant. Nicander puniceum aduersus serpentes de-
 dit. Hoc fuco quidam putant mulieres suum colorē mentiri, errore perspicuo,
 quòd radícula sit eiusdem nominis, qua sese fucāt, & vitia faciei occulunt.

¶ *Potamogeton. Stratiotes aquaticus. Stratiotes terrestris.*

Cap. CXXI.

30 **P**otamogeton, Romani fontalem vocant, betæ similis, hirsutior
 tantum & minor, paulum exerens caput extra aquam. Pota-
 mogeton, vt Plinius scribit, similis est betæ, folijs minoribus tan-
 tum hirsutioribusq; paululum supereminēs extra aquam. Ca-
 35 stor hanc aliter nouerat, tenui folio velut equinis setis, thyrso
 longo, læui, in aquosis nascentem, radice sanabat strumas & du-
 ritias. Potamogeton ea creditur esse herba quæ in vadis fluminum frequens emi-
 cat, betæ folijs, sed minoribus, super aquam expansis. Dysentericis, & etiam cœ-
 liacis medetur. Peculiariter refrigerat. Spissant v sus in folijs. Cruribus vitiosis v ti-
 lia, & contra vlcerum nomas cum melle. Aduersatur crocodilis, itaq; secum ha-
 40 bent eam qui venētur illos. Spissandi & refrigerandi natura efficax contra vete-
 rum vlcerum nomas. Nomen à loco vbi nasci amat inditū est. Castoris potamo-
 geton eadem cum equiseti, de qua suprā locuti sumus, esse creditur. Stratio-
 tes in aquis nascēs, alijs potamios stratiotes, hoc est fluuiatilis militaria, nomina-
 tus ita quòd aquis supernatet, radice nulla, similis aizoo ni maiora haberet folia.

Celebratur & à Græcis stratiotes. Et ea, vt Plinius author est, in Aegypto tatum & inudatione Nili nascitur, aizoo similis ni maiora haberet folia. Refrigerat misrè, & vulnera sanat ex aceto illita, item ignes sacros, ac suppurationes. Sanguinem quoque, qui à renibus defluit, pota cum thure masculino mirifice sistit. Folia refrigerant, sanguinè à renibus ruetem cohibent: vulnera quæ inflammationè minantur intumescere nõ sinunt: ignibus sacris & tumoribus ex aceto linuntur. Diuersum ab hac militarè aliam existimo, quã alij eandè quæ & lactoris, aliqui similem dicunt. Est autem lactoris nota vulgo, vt inquit Plinius, plena lactis, quod degustatũ vomitiones concitat. Hæc & lactaria & anabula nunc dicitur, oleæ folio, sed minore, flore luteo. Eandem aut similem aliqui volunt illi, quã militarem vocant, quoniã vulnus ferro factum nullũ non intra dies quinq; sanat ex oleo imposita. Stratiotes qui chiliophyllos, hoc est millefolium vocatur, frutex est pusillus, palmum altus, vel eo maiusculus, folijs pinnae auium pulli similibus, & cum erumpunt admodum breuibus & incisis, planèq; cumini syluestris folia crederentur exilitate asperitatèq; nisi breuiora etiãnum & contractiora spectarètur. Umbella quoq; huius densior atque adultior quàm illius. Minutis hæc cirris, qui in cacuminibus sunt, anethi modo insidet, flore albo exiguo. Nascitur in agris solo macriusculo, & circa semitas maxime. Cuminum syluaticum aliqui nominant, alij anethum syluestre, alij asininum daucum. fruticat altitudine paulo maiore palmo, folijs auicularũ pennas imitantibus, breui admodum dissectoque foliorũ exortu. Folia syluestre cuminũ simulant, præsertim breuitate atq; scabritia, breuiora paulo, densiore umbella, & pleniore. Surculos in cacumine gerit exiguos, & capitula in modum anethi, flores paruos, candidos. nascitur in asperis agris, & præcipue circa semitas. Celebratur ad sanguinem qui erumpat arcendum, & ad vlcera vetera & recentia, item ad fistulas.

¶ Verbasum. Aethiopsis.

Cap. CXXII.



Hlomos, Romanis verbasum dicitur, genera habet summa duo, alterum folio candido, alterum nigro. Candidum rursus in marem & foeminam digeritur. Foeminæ folia brassicæ, multo hirsutiora, latiora & candida, caulis eius cubitalis & amplior, candidus ac leniter pilosus, flore albo & subpallido, semen nigrum, radix longa, acerba, crassitudine digitali. nascitur in campestribus. Mari folia candicant, sed longiuscula sunt & angustiora quàm foeminæ, caulis quoque tenuior. Verbasum nigrum paria omnia suprãdicto habet, folijs latioribus minúsque candidis. Habetur & syluestre verbasum, altum virgis arboreis, folio saluix, orbibus virgas cingentibus vt marrubium, floris lutei, fulgore auri. Sũt & phlomides duæ hirsutæ, folijs rotundis, & tertia quæ lychnitis vocatur, ab alijs thryalis, folijs ternis, aut quaternis, aut etiam plusculis, crassis, pinguibus, plumosis, ad lumina lucernarum vtilibus. Verbasum Græci phlomon vocant, authore Plinio genera habet prima duo, album in quo mas intelligitur: alterum nigrum, in quo foemina: tertium genus non nisi in syluis inuenitur. sunt folia brassicæ latiora, pilosa, caulis erectus, cubitali amplior, semẽ nigrum, inutile, radix vna crassitudine digiti. nascuntur in campestribus. Syluestri folia elelisphaci alta, ramis lignosis. Sũt & phlomides duæ hirsutæ, rotũdis folijs, humiles:

tertia lychnitis vocatur, ab alijs autē thryallis, folijs ternis, aut cum plurimū qua-
 ternis, crassis, pinguibus, ad lucernarum lumina aptis. Aiunt in folijs eius, quam
 fœminam diximus, ficus omnino non putrescere. Distingui genera hæc pene su-
 peruacuū est, cum sint omnia eiusdem effectus. Est similis verbasco herba quæ
 5 sæpe fallit pro ea capta. Hæc abiecta blattas in se contrahit, ideóq; Romæ blat-
 tariam vocāt, folijs minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Verbascum
 Galli *boulionem*, officinæ *taxum barbatū*. Duo habet fastigia, album & nigrum: hoc
 fœmina, illo mas intelligitur, candido flore, qui in fœmina luteus est. sic *boulionem*
album & nigrum lingua Gallica vocamus. cætero pares, nēpe singulari caule, triū
 10 & amplius cubitorum, florum cōgerie spicato, folijs brassicę latioribus, mollibus,
 lanuginosis, nigro semine, radice solitaria, digitali crassitudine, caulibus adipe vel
 aliquo pingui illitis. Rustici apud nos ad lumina vtūtur. Tradūtur & duæ phlo-
 mides hirsutæ, rotundioribus folijs, humiles. Hæ vulgo, vt doctis etiam placet,
brachæ cuculi, officinis *primulæ veris* quòd primo statim vere emicant, folio verba-
 15 sci multo minore, rotundiore stylo, palmi altitudine prodeunte, incano, in cuius
 vertice dependent terni quaternive flores lutei, aliquantum odorati, quibus ver-
 næ texuntur coronæ, quæ in hortis feritur, spontanæ omnino similis. flos ex al-
 bo in luteum languescit. Omnia verbasci genera eiusdem sunt effectus. Contra
 scorpiones bibitur radix cum ruta ex aqua. Siftit aluum ex aqua pota duorū di-
 20 gitorum magnitudine. Verbasco priuatim medetur tonsillis. Ad lateris & pecto-
 ris dolores ex aqua cū ruta bibitur. Panos sanat cū sua radice tusum, vino asper-
 sum, & ita cinere calfactum, vt imponatur calidum. Adfirmare plurimum esse
 remedium si virgo imponat ieiuna ieiuno. Omnibus pectoris vitijs, tussi, & puru-
 lenta excreantibus tribus obolis bibitur verbasco cui flos aureus. Tanta vis huic
 25 est, vt iumentis non tussientibus modo, sed ilia trahentibus auxilietur potu. Se-
 men ex vino decoctum & contritum luxatis medetur, dolorem & tumores tol-
 lens. Radicis medulla collyrij tenuitate in fistulam additur. Contusis, euerfis, &
 si febris fit, potatur in aqua verbasco, cuius flos auro similis est. Folia ex aceto
 imponuntur in struma. Semine ac folijs in vino decoctis ac tritis omnia corpo-
 30 ri infixæ extrahuntur. Radix priorum duarum Dioscoridi astringit, vnde in al-
 uo cita, astragali magnitudine, datur ex vino: decoctum ad rupta, incussa, cōuul-
 sa, veteres tusses. Dentium dolorem collutione mitigat. Capillum tingit cui flos
 aureus, & quocunq; abijciatur blattas in se contrahit. Folia si decoquantur in
 aqua tumores, epiphoras oculorum illita sanant. Syderatis vlceribus cum mel-
 35 le aut vino medentur, cum aceto quoque vulneribus. Contra scorpionum ictus
 præsidio est. Sylvestris folia ambustis igni subueniunt. Aiunt, in folijs eius, quam
 fœminam diximus, aridas ficus omnino non putrescere. Aethiopsis folia-
 habet verbasco similia, perquam hirsuta, densaq; in orbem circa radicem imam
 sparsa, caulem quadrangulum, scabrum, adultum, arctio aut apiastro similem, ala-
 40 rum cauis multis, semen erui magnitudine, in singulis vasculis geminum, radices
 ab eodem cespite numerosas, longas, crassas, glutinosasque gustu. Siccæ nigre-
 scunt, duranturque vt cornua possint videri. nascitur in Messenia, & Ida monte
 Troadis plurima. Aethiopsis, vt Plinius refert, folia habet phlomo similia, magna,
 & multa, & hirsuta, ab radice caulem quadrangulum, scabrum, similem arctio,
 45 multis concavum alis, semen eruo simile, geminum, radices numerosas, longas.

plenas, molles, glutinosas gustu, siccae nigrescunt duranturque vt cornua videri possint. Præterea in Aethiopia nascuntur, & in Ida monte Troadis, & in Messenia. Colliguntur autumnno, siccanturq; in sole aliquot diebus, ne fitu sentiant. Ostendit æthiopidem terra ab exusto syderis axe. Credidit magica vanitas æthiopide amnes, & stagna siccare cōiectu, tactu clausa omnia aperiri, eò euecta vt abrogare herbis fidem cunctis posset. Aethiopida in Meroë nasci tradunt, folio lactuæ, hydropicis vtilissimam è mulso potam. Medentur radices vuluis potæ in vino albo. Ischiadicis, pleuriticis, faucibus scabris decoctæ potui dantur. Sed quæ Aethiopia venit, eximia est, atq; illico prodest. Auxiliatur purulentis excreationibus, ischiadicis, pleuriticis, arteriæ scabritijs. Decocta radix & pota, quin & cum melle, eclegmatis vsu præbet.

¶ *Arction. Arction personata.*

Cap. CXXIII.



Arction, aliqui potius arcturum vocant, similis est verbasco folijs, nisi quòd hirsutiora, rotundioraq; sunt, radice tenera, dulci, albâque, caule molli, longo, semine cumini paruo. Arction ab vrsu nomen obtinet. Plinio arction, aliqui potius arcturum vocant, similis est verbasco folijs, nisi quòd hirsutiora sunt, caule longo, molli, semine cymini. nascitur in petrosis, radice tenera, alba, dulciq;. *Lappam minorem* herbarij vocant, folijs verbasci, hirsutioribus, rotundioribusque, caule longo, molli, semine cumini paruo, radice tenera, alba, dulciq;. Hallucinatur qui *ungulam caballinam* vulgo dictâ arction esse censeat, cum vt supra demonstrauimus, bechion sit & tussilago, quæ unguia vocatur caballina. Decoquitur arctio in vino ad dentium dolorem, ita vt in ore contineatur decoctum. Bibitur propter ischiada & stranguriam è vino. Ambustis imponitur & perionibus. Fouentur eadem cum radice semine trito in vino. Decocta radix in vino dentium dolorem mulcet, si contineatur ore decoctum. Ambusta perionisque fouentur eodem. Bibitur aduersus coxendicum dolores, & stranguriam è vino.

Arction, alij profopida, siue profopion vocant, folia habet cucurbitis maiora, duriora, nigriora, & hirsuta, caulem subcandidum, sæpe nullum, radice grandi, alba intus, foris nigra. Persolatâ, quam nemo ignorat, Græci vero arction vocat, folia habet etiam maiora cucurbitis, & hirsutiora nigrioraque & crassiora, radicem albam & grandem. Arction profopites personatiam in latino sonat, vulgus nostrum *gleteronem*, vel *bardanam*, & *lappam maiorem* officinæ vocant, folio constat omnium lapparum maximo, parte auersa herbido, aduersa cano, caule oblongo, molli, grandibus lappis, quæ transeuntium vestibibus adhærescunt, in queis flos pureus nascitur, nõ euident sed occultus intra se germinas, veluti animalia quæ intra se pariunt, radice grandi, candida intus, foris atra. Non desunt tamen qui personatiam pro petasite capiant, Plinio dicente folio personatiæ nullum est latius, grandes lappas ferētis, quæ non in persolata vel arctio, sed in petasite cernuntur: cæterum arctio profopitiæ maiora traduntur cucurbitis, in caule subcandido. Petasites pediculum fundit longo cubito proceriorem, pollicis crassitudine, cui grande folium galeri specie, tanquã fungus, annectitur. Nec caulis ei nec lappæ à Dioscoride tribuuntur, vt mox liquebit: quapropter multum à vero deficere videntur, qui *bardanam* vulgo dictâ, petasiten esse statuunt. siquidem petasites

prægrandis est, pediculus sæpe bicubitalis, folium pileaceum, idque singulare sustinens. Nominatur & persoluta siue persolyton à Plinio, herbæ genus Aegyptiæ. in hortis ferit coronarum gratia. Duo genera eius, mas ac fœmina. Vtraque subdita venerem inhiberi, maxime virorum, tradunt. Persolatae radix longa non fastidiendi odoris, flore in lappacea spica purpureo. Lucius Columella venena viperæ depellere commemorat super scarificationem ferro factam, herbam quam vocant personatam tritam & cum sale impositam. Plus etiam eiusdem radix contusa prodest contra serpentes. Ex vino bibitur duum denariorum pondere. Strumis radix persolatae medetur, item cum axungia, operitur folio suo imposita. Contra purulentas, contraque cruentas excreationes radix drachmæ ponderis cum pineis nucleis vndecim sumitur. Panos sanat eadem vt in strumis apposita, igni sacro medetur. Ad erraticum sanguinem illita cum axungia prodest. Radices persolatae vulneribus ferro illatis recentibus imponuntur, folia veteribus, cum axungia vtraque, & suo folio operitur. Et vt testatur Dioscorides, radix drachmæ pondere cum pineis nucleis pota, purulenta cruentaque extussientibus auxilio est. Articulorum doloribus, qui ex euerfionibus atque collisionibus contrahuntur, trita imponitur. Folia quoque vetustis vlceribus vtiliter illinuntur.

¶ Petasites. Epipactis. Capnos, fumaria.

Cap. CXXIII.

Petasites pediculus cubito maior, crassitudine pollicis, à quo prægrande folium galeri modo amplum vt fungus dependet. Petasites à petaso, pileum significante, nomen traxit apud Græcos, apud quos petasati Castor & Pollux dicuntur: nec aliud in Mercurio petasus est, quam galerus. Rura nostra maiorem vocant bardanam, cuius tantæ amplitudinis est folium, vt & caput ab infolatu & pluuijs vindicare possit. Sesquicubitalem sæpe pediculum vidimus, pollicari crassitudine, in cuius vertice annexum fungi modo folium, figura pileaceum. Lappas ferre proxime radicem vidimus, minores persolata, in quibus flosculus emicat. Singuli pediculi singula folia sustinent vice caulis. De quo non aliud prodidit Dioscorides, nisi petasitè pediculum esse, cubito proceriorè, pollice crassiorè, in eo galericulatum folium, prægrande vt fungus, cacumem opacans, quali specie visitur apud nos. Contra phagedænas, & vlcera quæ cacoethe vocant efficaciter illinitur. Epipactis ab alijs elleborine, ab alijs borion vocatur, frutex est pusillus & minimis folijs. in Asia & Græcia vt Plinius commemorat nascitur. Frutex epipactis, quem alij elleborinen vocant, paruis folijs. Alibi epipactis, ab alijs elleborine vocatur, parua herba, exiguis folijs. Iocineris vitijs vtilissima, & contra venena pota. Folia contra venena profunt, item iocinerum vitijs. Capnos, Romanis fumaria, herba est fruticosa, coriandro similis, prætenera, folio albiore, cineracei coloris, vndique numeroso, flore purpureo. Succus claritatem facit inunctis oculis, delachrymationemque ceu fumus, inde nomè accepit. Capnos Plinio fruticosa est, prætenera, folijs coriandri, cineracei coloris, flore purpureo. nascitur in hortis, & segetibus hordeaceis. Claritatè facit inunctis oculis, delachrymationemque ceu fumus, vnde nomen accepit. Gallis hæc fumus terræ vocatur, herba mollis, fruticosa, coriani folio, cineracei coloris, flore copioso, purpureo, albicante radice, succo acri & amaro, quo oculorum caliginè discutiunt, lachrymas

in fumi modum eliciendo, vnde herbæ nomen. Est & alia capnos Plinio, quã pedes gallinaceos vocant, nascens in parietinis & sepibus, ramis tenuissimis sparsisq; flore purpureo; viridis, succo caliginem discutit: itaq; in medicamenta oculorũ additur. Similis & nomine & effectu alia, quã paulo antè diximus. Pes gallinaceus folio est agrestis pastinacę, tenuissimis ramulis sparsisq; flore ex purpura cãdicãte. Hęc in parietinis & sepibus nascitur, illa in hortis & segetibus. Dioscorides vno fumarie genere cõtētus est. Pes gallinaceus ei cauliculo est dodrãtali aut maiore, folijs apio similibus, fœniculi modo per extrema multifidis hispidisq; cãdida in cacumine vmbella, suauiter olēte, de quo in caualide diximus. Fumaria euulfas palpebras renasci prohibet. Capniõ herbã qui edere bilẽ per vrinã trahũt. Struomas discutit. Succus claritatẽ facit oculis, delachrymationemq; euulfus cũ gũmi euulfas palpebras renasci nõ patitur. Cõmaducata herba biliosam vrinã pellit.

¶ *Lotus satiuus. Lotus syluestris. Cytisus. Lotus Aegyptia.* Cap. CXXV.



Lotus, quam alij triphyllon, alij tribolion, aut tripodion vocãt, nascitur in viridarijs, caule tantum foliata. Mirum, lotum herbam non nisi post annum è semine suo nasci. Apud Hesperios Aethiopus nasci tradit herbam lotum vocatam Artemidorus, qua vescentes quamlibet siticulis & squalenti tractu sitim arceant: ob id & Aethiopes, vt inquit Strabo, nominati sunt. Scio in pratis & cultis campestribus herbam enasci quam officinã *andacocham*, & *coronam* vocant *regiam*, quoniam luteis floribus supernè coronetur, humilem, palmi altitudine, folio pratensis trifolij, flore pisi multo minore, lutei coloris, cauliculũ coronante: sed an lotus sit vrbana non ausim asserere, quòd à Dioscoride nõ describatur. Sunt tamen qui verum melilotum esse defendant. Succus vrbane loti cum melle argema, nubeculas, albuginesq; & quacũq; luminibus obscuritatem adferunt, discutit. Lotus syluestris, triphyllon, alij libyon, Romani trifoliũ minus vocãt, nascitur Libyæ prouentu magno, caule cubitorũ binũm, aut etiã altiore, alis pluribus cõcauo, folijs loti trifolij, quę gignitur in fœnilibus pratis, semine fœnigræci, minutiore multo, medicati gustus. Natura ei ex calfactoria & leniter astrictoria. Cũ melle vitia cutis in facie & maculas emēdat. Ad dolores vesicę bibitur per se, aut cũ semine maluę, vel passo. Cytisus, alij telinẽ, alij triphyllon, alij lotũ magnum, Romani trifolium maius. Frutex est incanus totus vt rhamnus, cubitalibus ramis, sæpe maioribus, circa quos folia fœnigræci, aut loti trifolij, sed minora, dorso in medijs tumente. Odor erucæ si digitis terantur, com manducatis gustus ciceris recētis. Frutex est cytisus ab Aristomacho Atheniensi miris laudibus prædicatus pabulo ouiuũ, aridus vero etiã suum, spondētq; iugero eius annos per plures vel mediocri solo reditus. Vtilitas herbosa, eõq; lætior satietas. Perquã modice pinguescunt & quadrupedia, ita vt iumēta hordeũ spernant. Non ex alio pabulo lactis maior copia, super omnia pecorũ medicina à morbis omni v su præstãte. Quin & nutricibus in defectu lactis aridũ, atq; in aqua decoctũ potui cũ vino dari iubet, firmiores, celliores infantes fore: viridem etiã Galenus, aut si aruerit madefactũ, nec aliud minoris impendij. Seritur cũ hordeo, aut vere semine vt porrũ, caule autũno ante brumã. Si semine, madidũ: & si desint imbres, satum spargitur. Plãtæ cubitales præferũtur scrobe pedali. Seritur post æquino-

Etia tenero frutice, perficitur trienio, demetitur verno æquinoctio cū florere desinit, vel pueri vel anus vilissima opera. Canus aspectu, & si quis exprimere velit similitudinē, angustioris trifolij. Frutex datur animalibus post biduū semper, hyme me quod inaruit, madidū. Satiāt equos denē libræ, & proportione minora animalia. Inuētus hic frutex in Cythno insula, inde trāsflatus in omnes Cycladas, mox in vrbes græcas, magno casei prouētū. Non æstus, nō frigorū, non grandinū, aut niuis iniuriā expauescit. Addit Hyginus, ne hostiū, propter nullam gratiā ligni. Cytisum in agro esse q̄ plurimū maxime refert, q̄ gallinis, apibus, capris, bubus, & omni generi pecudū vtilissimus est, q̄ ex eo cito pinguescit, & lactis plurimū præbet ouibus. Præterea in quolibet agro q̄ quis macerrimo celeriter cōprehēdit, omnē iniuriā sine noxa patitur. Mulieres quidē si lactis inopia premuntur, cytisum aridum in aqua macerari oportet, & cū tota nocte permaduerit, postero die expressi succi ternas heminas permisceri modico vino, atq; ita potandū dari. Sic & ipsæ valebūt, & pueri abundantia lactis confirmabuntur. Satio autūno vel vere fieri potest, semine subactō solo, & in areas digesto: si desit, cacumina disponuntur, ita vt quoquouerfus quatuor pedū spatia distent. Terrā stercoreatā desiderat. Si pluuia non inceserit, rigādū erit. Cytisus duplex Columellæ, est autē fatiua, & altera suæ spōtis. Cytisus agrestis caprinū pecus optime pascit, eōq; plurimū gaudet. Cytisus hederē modo vincit & strangulat. Cōtrā cytiso pestis alimon. Densa cytiso medulla, hebenūmq; prouocans. Huic principatus in pabulis datur, non alio maior lactis copia, aut melior, incōmodū tamen tantisper dū floret, vt inquit Aristoteles. Apiū examina eliciuntur: quaq̄ Democritus prædicet, nunq̄ de flore cytisi pabulū cōtingere. Inuenitur in segetibus præcipue hordeaceis, frutex albicās, surculis cubitalibus, folijs ramulosis, trifolij similitudine, dorfulo in medijs prominēte, flore pisi luteo. Folia si terātur erucā subolēt, cōmanducata cicer respiciūt. Hic pculdubio cytisus suæ spōtis est, qui (vt existimo) si modo quo nunc est dictū pangeretur, cultu mitesceret in fatiuū. Eo apes delectātur. Vsus folijs refrigerare, incipiētes collectiones eū pane tritis discutere, vrinas decoctū bibentibus mouere. Quidā hoc inter ordines alueorū feri fertile ducunt, & quo apes cōtrahī & allici putent. Lotus Aegyptia, quē in cāpis inundatis flumine prouenit, caule fabæ, flore paruo & cādido, simili hordeo, qui sole oriēte patefieri traditur, ad occasum vero syderis cōprimi. Ipsū quoq; calycē cōdi vespera, totūq; abire in lacū narrāt: deinde ad exortū solis emergere denuo extra aquā. Is papaueris capi si similis ferē, sed grādissimo. intus grana ceu milij, ex quibus siccatis fiūt in Aegypto panes. Radicē quoq; lotus hęc habet cotoneo malo similē, veniētē in cibos crudā & coctā, effectu coctę qui luteorū oui. Lotus herba Aegypto vernacula, caule, vt Theophrastus tradit, fabaceo & petafato, folijs dēsa cōgerie stipatis, breuioribus tātū, gracilioribūsq;. Flores ei similes lilio, copiosi, in se facti, cōprimētes se ad occasum solis, aperiētēsq; ad ortū per vices, donec perficiātur capita, & flos ipse decidat. Fructus in capite papaueris incisuris, omniq; modo alio, nisi q̄ crebriora intus grana, milio non absimilia. In Euphrate scapus & flos in medias vsq; noctes à vespera mergit, vt ne dimissa quidē manu cōprehēdi possit: vertit deinde paulatimq; subrigitur, diluculo redit, dehiscēte flore ad solis ortū, vt planē à terra absit alte, & extravndas emergat. Incolę capita loti aceruata putrefaciūt, mox seperāt à putaminibus lauādo, & siccata tūdūt, eōq; pane vtūtur. Radicē corsion vocāt,

opertam nigro cortice, qualis & castaneas tegit, interius candidum corpus, quod decoctum, siue aqua, siue pruna, gratius est quam crudum. Illud sciendum, eodem authore, genera loti plura inueniri distincta flore, fructu, folio, vt ferè tantum nomen commune habeant, ratio naturæ tota dissentiat. Est & lotometra, quæ fit ex loto satiuæ, ex cuius semine simillimo porri atque milio panibus in Aegypto pastoralibus maxima aqua lacteue subactis, negatur quicquam esse salubrius, aut leuius dum caleant: refrigeratus maiore negotio concoquitur, fitque ponderosus. Eos qui viuât pane illo, nec dysenteria, nec tenesmo, nec alijs in ventre morbis infestari prædicant. Loti nomine herbam in Aegypto tradit Plinius, caulem in palustrium genere: recedentibus enim aquis Nili riguis prouenit, similis caule, & folijs fabæ, densa congerie stipatis, breuioribus gracilioribusque, cui fructus in capite papaueri similis incisuris, omnique alio modo: intus grana, ceu milium. Incolæ capita in aceruis putrefaciunt, mox separant lauando, & siccata tundunt, eoque pane vtuntur. Mirum est quod præter hæc traditur, sole occidente papauera ea comprimi, & integri folijs: ad ortum autem aperiri, donec maturefcent, flósq; qui est candidus decidat. Hoc amplius in ea parte tradunt, scapum ipsum & florem vespera mergi vsque in medias noctes, totumque abire in lacum, vt ne demissa quidem manu possit inueniri: verti deinde, paulatimque subrigi, & ad exortum solis emergere extra aquam, ac florem patefacere, atque etiamnum exurgere, vt plane ab aqua absit alte. Radicé lotos hæc habet mali cotonei magnitudine, opertâ nigro cortice, qualis & castaneas tegit: interius candidum corpus gratum cibus, sed crudo gratius decoctum siue aqua siue pruna. Nec aliunde magis quam purgamentis eius sues crassescunt. Flores Theophrastus similes lilio fecit, Dioscorides hordeo, librariorum in alterutro labili culpa, *κρίνον* pro *κρίβη*, vel contrâ scribentium. Magis veri fuerit simile florem ei lilij dandum, quod eo excusso caput papaueris extuberet, in quod tanta magnitudine nõ posset ex hordei flosculo prodire. Adde, hunc in coronas Aegyptias venire, quapropter Cratinus stephanonia eam appellauit. Sciamus tamen lotum, non quæ cæruleum, sed quæ similem rosæ florem ædat, inuentu rarum, antinoium propriè vocatum, in assentationem Adriani principis, poeta Alexadrino: qui finxisset è leonis cruore, quem Adrianus grassantem in Libya necasset, æditum, & antinoion dicendum, alimentis annuis ex musæo constitutis. Antinoias verò dicta ab Antinoo, qui è Bithyonia fuisse traditur, per diui fere Adriani tempora, qui & memoriam viri coluit in Aegypto, ab eius nomine vocata, delubris etiam in honorem eius dicatis. Huius rei partim Athenæum, partim Pausaniam authores habemus.

¶ *Myriophyllon. Myrrhis. Myagron. Onagra. Cirsion, buglossum magnum. Aster, inguinalis. Isopyron.* Cap. CXXXVI.



MYriophyllon Romani millefolium, aut superciliū Veneris. caulis est tener singularisque, ac radice vna, folijs foeniculi, læuibus, plurimis, vnde & nomen accepit: præterea subrubicūdus, perinde quasi de industria deliniatus, ex politusque arte. nascitur in palustribus. Myriophyllon, quāquam ferè millefoliam significet, alia tamē videtur esse ab ea quæ inter syderites, achilleon & millefolia cognominatur, item ab ea quæ militaris: alioqui Græci hanc myriophyl-

lon, illá vero chiliophyllon appellare cōsueuerūt, caule tenero, singulari, vnica ra-
 dice fulto, plurimis folijs, fœniculo similibus, vnde nomē traxit, caulis rubescit va-
 rius, & velut ex industria politus. Vulnera recētia ab inflāmationis periculo vindi-
 cat, si vel recēs, vel siccū ex aceto oblinatur. Bibitur cū aqua & sale. Cū aceto, vt
 5 Plinio placet, bibitur ad difficultates vrinę & vesicę, & suspiria, præcipitatīsq; ex
 alto. Efficacissima eadē ad dētiū dolores. Ethruria hoc nomine appellat herbā in
 pratis tenuē, à lateribus capillamēti modo foliosam, eximij vsus ad vulnera: boū
 neruos abscissos vomere solidari ea: rurúsq; iūgi, addita axūgia, affirmās. Myr-
 rhis, alijs myrrha, simillima est cicutę caulibus & folijs, radicē habet modice oblō-
 10 gā, tenerā, rotūdā, odoratā, cibo nō in suauē. Myrrhis Plinio, quā aliqui smyrrhizā,
 alij myrrhā vocāt, simillima est cicutę caule, folijsq; flore, minor tātū, & exilior, cī-
 bo nō in suauis. Nostris herbarijs & officinis hodie *cicutaria* dicitur. nanq; simillima
 est cicutę caule & folijs, radice oblōga, molli, rotūda, cibo iucūda. Fallūtur qui che-
 rophyllō modo nominatū passim in hortis natū, intelligāt, cū suprā demonstraueri-
 15 mus esse gingidiō. Hallucinātur itē qui herbā *Robertinā* vulgo dictā, smyrrhin esse
 rētur, cū etsi folio similis possit videri, nō tamē caule. Itē radix ei rotūda nō est, sed
 exilis & lōga, folijs cicutę, breui caule, ac tereti, lanuginoso, rubicūdo, geniculato,
 saporis & odoris iniucūdi, flosculis purpureis, capitellis rostratis gruini capitis mo-
 do: quare potius ad geraniō relegāda est, nec magnopere à prima Plinij specie dis-
 20 fidet, nisi eadē sit. Myrrhis cit mēstrua & partus cū vino. Aiūt quoq; eadē potā in
 pestilētia salutarē esse. Subuenit & phthificis in sorbitiōe, auiditatē cibi facit. Pha-
 lāgiorū morsus restringit. Vlcerā quoq; in facie aut capite succus eius in aqua tri-
 duo maceratę sanat. Dioscoridi phalāgiorū percussus debellat, auxiliatur phthifi-
 cis in sorbitiōe. Eandē si quis quotidie bis tēve bibat in pestilētia, resistere ne mor-
 25 bi cōtagia sentiātur. Myagron siue melāpyron, herba est surculosa, tripedanea,
 folijs rubię pallidis, semē fœnigræci figura, oleosum. Tostū hoc tūdunt, & oblito
 virgulis ad lumina lucernarū vtūtur. Myagron herba Plinio ferulacea est, folijs si-
 milis rubię, tripedanea, semē oleosū, quod & fit ex eo. Hāc rustici in Gallia ferūt,
 quīs & suę spōtis inter segetes inueniatur: melāpyron ideo gręcis, quasi nigrū tri-
 30 ticū dici crediderim. Nostrī vocāt *camelinā* aut *camaminā*, surculosā, folijs rubię pal-
 lidis, tripedaneā, semen oleosum, fœnogræco simile, in vtriculis cōceptū. Hoc in
 areis pauitis rura flagris decutiūt, & vānis in aurā vento silentē iactāt, dū siliquarū
 recremētavanescāt: tū trusatilibus molis subijciūt, versandōq; subinde oleū expri-
 mūt, quo nō ad lumina tantū lucernarū, sed & ciborū quoq; cōdimentis pauperes
 35 vtātur, magno huius olei prouētū. Agros bene subactos stercoreatōsq; hoc semi-
 ne, perinde quasi naps ferūt. In tāta est apud nos nobilitate, vt ruri nemo nō cōspi-
 ciat: sed fateri cogit oculata fides, semē *τηλίδος*, hoc est fœnigræci, nō *φαχελος*, id est
 colli (vt in quibusdam legitur exēplaribus) similitudinē referre. nam in vtriculis
 orbicularibus minuta fœnigræci grana cōtinet, rusticis nostris oleo distringendo
 40 quā optime cognita. Myagrō medetur vlceribus oris suo succo. Oleosa feminis
 pinguitudine corporis scabritiæ læuigantur, colleuat enim eas & deterit. Ona-
 gra siue onuris, siue œnothera, fruticat arboris instar. magnitudo quoque ei iusta,
 amygdalaceo folio, latiore, lilino non dissimili, flore rosco, grādi, radice candida,
 longa, & cum siccata est vinū olente. nascitur in mōtanis. Oenothera Theophra-
 45 sto appellatur, folio amygdalæ maiori, rosaceo flore, radice lōga, & cū siccata est

gustu vinosa, vnde princeps appellatio. montes amat. Oenotheræ radix ex vi-
 no pota mitiores hilariorésque mores reddit, quæ vinosa facultate ferocitatem
 recreet. Oenothera siue onuris, vt Plinio placet, hilaritatem adferunt in vino. a-
 mygdalino est folio, flore rosaceo, fruticosa, longa radice, & cum siccata est vi-
 num olente. Hæc in potu data feras mitigat, efferantia sese vulnera per se sanat. 5
 Aspersu radicis poto feritas omnium animalium mitigatur. Eadem illita feris vl-
 ceribus mansuetudinem adfert. Crateias author est, hac vino cõsperfa omnium
 animalium feritatem, nedum hominem, cicurari, quod Theophrastus radici tri-
 buit. Sit hæc quæ dicitur ænutta, qua cerui & canes inebriatur, vt Helianus tra-
 dit, nõ adfirmarim. Cirfion alij buglosson magnum, Romani spinam mollem 10
 nominant, cauliculus est tener, duûm cubitorum, triangulo similis, ab imo folijs
 rosæ pusillis, spinosos habentibus angulos per interstitia, sed molles innoxio-
 morfu: folia bouis linguæ similia, modice hirsuta, minora, subcandida, extremi-
 tatibus spinosa: cacumen in caule orbiculatû, pilosum, & in eo capitula in sum-
 mo purpurea, quæ in lanugines euanescent. Cirfion, vt Plinius refert, cauliculus 15
 est tener, duûm cubitorû, triangulo similis, folijs spinosis circûdatus: spinæ mol-
 les sunt: folia bouis linguæ similia, minora, subcandida, & in cacumine capitula
 purpurea, quæ soluuntur in lanugines. Hæc herbam radicemve eius adalligatam
 varicû dolores sanare tradunt, inde ductû nomen existimo: nam cirfion à varici-
 bus dicta est, quibus utilis creditur. ita enim varices ab Hippocrate dicuntur, quas 20
 Aristoteles ixias. Cirfion herba est quam rustici, simul & officinæ, nec non herba-
 rij vocant *linguam bouis* vel *buglossam*, cum ei deliniationes totæ, nulla reclamante
 nota, subscribant. siquidem caulis ei tener, bicubitalis, triquetro fere similis, spino-
 sis per interualla angulis, sed mollibus & innoxijs aculeis, folia buglossa similia,
 longiora tamen, subcandida, leniter hirsuta, in partibus extremis aculeata, cacu- 25
 men caulis circinatum, hirsutû, in quo capitula purpurea, quæ fatiscunt in lanugi-
 nes. quæ oculata fide in herba dicta nobis buglossa vel lingua bouis deprehendû
 tur. Quare non audiendi sunt, qui esse putet cirfion herbam quam boraginem oli-
 tores nostri vocant, cum in ea capitula cærulea non purpurea spectentur quoti-
 die in hortis, nec flaccientia cacumina abeunt in lanugines: item figuram herbæ ver- 30
 basci potius, folijs in terram iacentibus, asperis, bouum linguæ simillimis, quæ bu-
 glossi propria sunt. Longè magis hallucinantur, qui *herbam* vel *linguam hircinam*
 vulgo dictam, cirfion arbitrètur esse, quadam forsitan foliorum similitudine de-
 cepti: verum caulis eius rotundus est, non angulosus, folia pungentibus non mol-
 libus spinulis horridula, anchusæ similia, nõ linguæ bouum. Iam supra *linguam hircinam* 35
 vel *herbam*, echion esse docuimus. Radicem cirfij loco laborati adalligatam dolores
 varicum sedare Andreas scripsit. Aster Atticus aliqui bubonion, Italia ingui-
 nalem vocat, cauliculus lignosus, florem purpureum aut luteum sustinens, cacumine
 velut anthemis, capitula vero per ambitum diuisa folijs pusillis, stellæ modo radiata.
 Ipsum caule folia oblonga & hirsuta circûdant. nascitur inter petras solo aspero. 40
 Aster, vt tradit Plinius, aliquibus bubonion appellatur, quonia inguinum præsentia
 neum est remedium. cauliculus folijs oblongis, duobus aut tribus, cacumina stellæ mo-
 do radiata. *Aspergula minor* vulgo dici multis cõsetur, quæ lignoso sit cauliculo, folijs
 pusillis, oblongis, hirsutis, circa ipsum stellæ modo radiatis, flore in fastigio lu-
 teo, purpureo ve, ambitu anthemidis modo diuiso. Est & alius aster nunc vulgo 45

Stella dictus, folio ferè vitis, seu maluæ potius erraticæ, ad radicem maiore, pluribus sed minoribus incisuris. Florem fert in modum stellæ, in luteo viridem, pusillum, & herbæ suæ similem. Ad herniam puerorum comendant hanc. Eius decocto quæ virgines videri volunt insident. Quæ fuerit veteribus haud scio. Bibitur aster aduersus serpentes, sed ad inguinum medicinam sinistra manu decerpi iubent, & iuxta cinctus alligari. Prodest & coxendicis dolori admota. Qualis autem Pausaniæ sit herba, quæ in Mycenensi agro ad Iunonis fanum, asterion vocatur, à flumine terram illam rigante, quia in ripis nascitur, cuius folia Iunoni sacra in coronas nectunt accolæ, non comperi. Dioscoridi aster ardenti stomacho, & epiphoris oculorum, inguinibus, sedi prociduæ illitus confert. Tradunt, partem in flore purpuream, si bibatur ex aqua, coxedicum dolori, infantibusque comitiali malum sentientibus opitulari. Inguinum inflammationi recentem illinire prodest. Si arefeat flos sinistra manu dolentis decerpatur, adalligeturque, sic dolores auertens malo liberabit. Inuenitur inter petras solo aspero. Huius stellæ (vt ferunt) noctibus collucent: quare qui naturam stirpis ignorant, inane simulacrum se videre putant. Reperitur à pastoribus pecudum. Crateias herbarius contundebat recentem cum axungia senio, & rabiosi canis morsibus imponebat. Turgentia guttura discutit. Incensa serpentes fugat. Isopyron vocant aliqui phasiolon, quoniam folium cacuminibus in phasioli pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthij gustum imitatis, folio anisi. Isopyron, vt ait Plinius, vocant aliqui phasiolon, quoniam folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur: capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthij. Hanc herbam & phasiolon nonnulli dixere. Verum in eius fastigio calyces sunt pleni seminis melanthij. Idææ herbæ folia sunt oxymyrsinæ, adhærēt ijs veluti pampini, in quibus flos. Aluum, menses, & omnem abundantiam sanguinis sistit. Spissandi cohibendique naturam habet. Isopyron contra tussim, & cætera pectoris ex melle & aqua mulsa, item iocineri vtilissima. Semen ex mulsa bibitur contra tussim, & vitia pectoris, Sanguinem excreantibus prodest.

☉ *Viola purpurea.*

Cap. CXXVII.

30 **I**on porphyreon, Romani violam purpuream vocant, folio est minore tenuioreque; quam hederam, nigriore item neque dissimili. cauliculus à radice medius profilit, & in eo flosculus odoris præcipui, colore purpureo. in opacis & macris locis gignitur. Nicander in georgicis ion Græcis vocatam credit, quod nymphæ quædam Ionæ
 35 florem eum Ioui primum dedere muneri. Violam dictam ion Græci putant, quæ cum Io in vaccam à Ioue conuersa esset, terra florem illum pabulo bovis eius fuderit. Nostri quoque violam, quasi vitulam imitatione græca videri possunt appellasse. Tarentinus violam purpuream post Idus Martias, item Calendas
 40 Maias feri iubet: sed violam qui facturus est, terram stercoreatam & repastinatam minimum alte pedem in puluinos redigat, atque ita plantas hornotinas, scrobiculis pedalibus factis ante Calendas Martias, dispositas habeat. Semen autem violæ, sicut olerum, duobus temporibus in areis feritur, vere vel autumno. Colitur eodem modo quo & cætera olera, vt runcetur, vt sarriatur, vt interdum etiam rigetur. Nascitur vitis modo è supernis, quasi è puppi dicas non prora. Viret hæc per

petuo, & vt quidam ferunt, si certo genere colatur, anno toto. Seritur plantis vt olus. Vere floret post leucoion, & ante flammeã. Cum ion Græci dicunt, nigram siue purpuream ferè intelligunt: solæ ia appellatæ Græcis, vt ab his ianthina vestis, & violacea diceretur. Humilis est hæc, latiore folio, statim ab radice multa exeunte sine ramis, ob id *sessilem*, & *loripedem*, & *claudam* vulgo nominari audimus, Gallis *viola martia*. Ea ramulis caret, sed statim à numerosa radice, orbiculata coma foliatur, perpetuãq; viret fronde hederæ minore, tenuiore & nigriore. Stylus ab radice statim medius emicat, in quo flos purpureus odoris suauissimi. Purpureæ violæ latiore folio, statim ab radice carnofo exeūt. spõte etiã in apricis & maricris locis proueniunt, latiores in opacis. Folium, vt Tarentinus est author, refrigerat, inflammationibus auxiliatur. Oleum violaceũ illitu febricitatium ardores restinguit. Purpureæ violæ refrigerant, contra inflammationes illinuntur stomacho ardenti. Imponuntur & capiti in fronte, oculorũ priuatim epiphoris, & sede procidente, vuluãve: contra suppurationes. Crapulam & grauedines capitis impositis coronis, olfactiue discutiunt, anginas ex aqua potæ. Id quod purpureum est ex ijs, comitialibus medetur maxime pueris in aqua potũ. Semen scorpionibus aduersatur. Refrigerat teste Dioscoride. Folia stomacho ardenti per se & cum polenta imponuntur, & oculorum inflammationibus, & sedi quæ procidat. Id quod & flore purpureum est in aqua potum anginis & comitialibus pueris mederi adfirmant. Tinctores cũ volũt sil Atticum imitari, violam aridam conijciunt in vas, cum aqua conferuescere faciunt ad ignem: deinde cum est temperatum conijciunt in linteum, & inde manibus exprimẽtes recipiunt in mortariũ aquam ex violis coloratam, & ex ea crethriam infundentes, & eam terentes efficiunt, vt Victruuius placet, silis Attici colorem.

¶ *Cacalia. Pseudobumion. Chamæcissos. Chamæpeuce.* Cap. CXXVIII. 25



Cacalia siue leontice folijs cãdidis, grãdibus, caulem medio eorũ albo, erecto, flore querno oleaginõve, in montibus genita. *Cacalia* siue leontice Plinio vocatur. Semen margaritis minutis simile dependens inter folia grandia, in montibus fere. Recetioribus, vt adfirmãt, dicitur *agreste carui*. fruticosa est, semine minutis margaritis simili, inter folia magna pendulo, quæ ad oleagina vel querna satis accedunt. Hanc Galenus cãcanon vocauit. Paulus cacaliã non cancanon, sed cancano similem esse tradit. Grana quindecim in oleo macerãtur, atq; ita aduerso capillo caput vngitur, ad tollendã porriginẽ. Radicem dant in vino madefactã, eclegma tussibus & faucibus scabris vtile. quod & præstat cõmanducata per se. Grana quæ flore impulso nascũtur, cum cerato trita, rigores neruorũ perunctis molliunt, faciẽ erugant & cutem extendũt. *Pseudobunion* fruticat in Creta palmi altitudine, folijs napi acribus. Contra tormina, stranguriã, laterũ dolores bibũtur rami eius quaterni ex aqua. Strumas cũ sale & vino discutiunt tepidis. *Chamæcissos*, alijs *cissos acarpos*, hoc est hederæ terrestis, Romanis hederæ pluuiatica, similitudinẽ hederæ habet, longioribus & tenuioribus folijs, dodrãtibus ramulis multis, foliosis, ab radice quinis senisve. flores albẽ violæ existimari possent, nisi minores essent, admodũq; amari gustus, radice candida, tenui, superuacua. exit in cultis. *Chamæcissos* Plinio spicata est tritici modo, ramulis quinis

tere foliosa. Cū floret existimari potest alba viola, radice tenui. Cuius bibūt ischiadici folia tribus obolis in vini cyathis duobus, admodū amara potione. Chamæcisson vocant hederā quæ non attollit se à terra. Spicata est tritici modo, & cissos epigeos, idest hedera terrestris appellatur. ita Gallis hodie dicitur, vel humilis hederā, nunq̄ nisi humi repens, spicata frumēti modo, ramulis quinīs senī sive foliosis, violæ cādīdæ flosculo, exili radice. Malacocissi, quasi dicas mollis hedere, meminit Democritus, ei similitudinē assignās hederæ, folijs & caule mollibus. Inuoluitur propinquis fruticibus, q̄ sua sessili caducave mollitie, nisi fultus ad miniculo, sustentare se nequeat. Amat arūdineta & culta. Subesse aquā vbi nascitur aquilegi prædicant. Chamæcissos contusa in vino acetabuli mēsurā lieni medetur: folia ambustis, cū axungia. Bibunt ischiadici folia tribus obolis, in aquæ cyathis tribus, quadragenis aut quinquagenis diebus. Ad morbū quoq; regium in fenos septenōsve dies similis potio repetenda est. Chamæpeuce trita in aquā doloribus lumborū potu propitia est. herba est coloris per totum herbacei, folio pusillo, inflexo, inflexis & ramulis, flore roseo. Chamæpeuce laricis folijs similis, lumborum & spinæ doloribus propitia est, inquit Plinius.

¶ Buglosson. Cynoglosson. Phyteuma.

Cap. CXXIX.

Buglosson Romani linguam bouis appellant. nascitur in planis & sabulosis, carpitur mense Iulio. Buglossos boum linguæ similis, cui præcipuū, q̄ in vinū coniecta animi voluptates auget, & vocatur euphrōsynū. Aiunt quæ tres thyrsos feminis emittat, eius radicē potā ex aqua ad tertianas prodesse: quæ quatuor, ad quartanas. Figura herbæ verbasci, folijs in terra iacentibus, nigrioribus ac minoribus, boum linguæ simillimis. Ea est quæ hodie officinis *borago* dicitur, Gallis *borache*, aliquibus *porrago*. nanque herba est similis verbasco, folijs in terra sparsis, nigrioribus, asperis, bubulas imitantibus linguas, flore cæruleo, specioso, caule pedali, aut ampliusculo, ramoso. Hęc olitoribus optime cognita, quæ nunc hortis seritur, vulgatissima, & cibo gratissima. Flos acetarijs inspergitur. Folia quotidianis obsoniorū iuribus innatant, peculiarem habentia gratiam: radix hyeme, vice folij, cum id anni tempus negat. Folia iucunde subolent, ferè peponem, quæ odore suavi vires recreent, & animi voluptates in vino augeant: quare euphrōsynon vocant. Buglossos inarescente siquis medullam è caule eximat, aligētq; septem folia ante accessionem, aiunt à febre liberari. Tradunt vtilem esse aduersus horrores febrium: & quæ thyrsos tres emittat, eius radicem cum seminibus in vino decoctam ad tertias tertianis prodesse: quæ quatuor, quartanis, vtique si decoctio fiat in vino. Eandem conferre abscessibus corporis prædicāt. Officinæ aliam euphrōsynon obseruauere quam euphrasiam dicunt, hyssopo similem, cauliculis purpureis, folio paruo, per ambitum serrato, flosculo albicante, nascitur in opacis collibus. Vtuntur ea ad oculorum caligines & suffusiones vel per se imposita, vel ex vino cocta. Cynoglosson Romani linguam caninam vocant, plantaginis latifoliæ similis est, angustioribus & minoribus folijs, lanuginosisque, sine caule, humi strata sabulonibus. Cynoglossos caninas imitans linguas topiarijs operibus gratissima. Cynoglossam non esse eam canis linguam quam officinæ circūferunt, euidentius est quā vt probari desideret, cum vidua

ggg.iiij.

caule proditur à Dioscoride, humi strata, folio latifoliae plantaginis. Nam officinarum canis lingua, nec plantaginis effigie, sed angusta, praelonga, subtus lanuginosa gerit folia, nec venosa, molliaque; caule cubitali, surculoso, flore purpureo, semine in lappaceis umbilicis rufo & exili: nisi quis putet Plinium caulem ei tribuisse, cum statim à cynoglossò subiungat, Aiunt quæ tres seminis thyrsos emittat eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodesse: quæ quatuor, ad quaternas. sed ea de buglossò intelliguntur vt testatur Dioscorides, & Plinius alibi confirmat. Est tamen ei similis alia, vt idem ait, quæ ferat lappas minutas. Inuenitur in sabuletis quædam folio venosiore, latiusculo, & lanugine molli canescens, sine caule, quam veram esse cynoglosson putauerim. Alia tantum cynoglossi similitudine repræsentatur, caulem ferens asperum, & in eo lappas umbilicares, vt paulo antè notauimus. Folia trita cum adipe suillo veteri moribus canum vtiliter imponuntur, medentur alopecij & ambustis. Emollit aluum decoctum herbe ex vino potum. Rustici longiuscula alterius folia febricitantium collis obvoluunt, sperantes inde faucium scabritiam & fuliginosam asperitatem abactum iri. Phyteuma folium struthio simile habet, sed minus, semine copioso, perforatoque; radix exigua, tenuis, & summa telluris cute coherens, cuius vsum ad amatoria esse quidam scripserunt. Phyteuma describere Plinius superuacuum habuit, cum sit vsum eius tantum ad amatoria.

¶ *Leontopodion. Hippoglosson.*

Cap. CXXX.



Leontopodion herbula est digitorum binum, folio paruo, angusto, digitorum quatuor triumve longitudine, hirsuto, lanosioraque; ad radicem, & subcandido, in cacumine caulium capitula tanquam perforata, floribus nigris erumpentibus, semen vt oculis vix possit deprehendi propter circumdatam lanuginem, radix subest exigua. Et hæc amatoriam esse adalligatam inuenio. Discutit & tubercula. Diuersum videtur à leontopontio, quod alijs liceron, alijs doripetron, alijs toriuëtoron vocari scribit, cuius radix aluum sistit. Purgat bilem in aqua mulsa addito pondere denariorum duum. Nascitur in campestri & gracili solo. Semen eius lymphatica somnia facere dicitur, & tela omnia infixæ corpori extrahere tritum cum polenta, & cum eadem spicula sagittariorum elicere: nisi de hac loquutus intelligatur. Silebitur & cemos cum sit vsum eius ad amatoria dumtaxat, quandoquidem leontopodion & cemon vocari hoc loco testis est Dioscorides. Cemos autem videtur appellata, ex floris siue calycis figura: quonia pyxidicula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subiectum vasculum, quod cadiscum vocabant, demitti consueuerat. A vera leontopodij finitione mihi profecto desciscere videtur, qui herbam quam vulgus ex nostra consuetudine *calendulam*, quæ omnibus mensium Calendis fruticare conperiatur, appellat. namque nec duum digitorum herbula est, nec angusto folio, nec spissa canescit lanugine, nec semen vsque adeo denso flocco occultitur vt sæpe fallat: sed alte fruticat, crasso caule, ramoso, folijs latis, longisque; flore luteo, semine in scorpionis effigie inflexo, apparente, nec vlla tecto lanugine. Quæ tamen mihi videatur esse leontopodion, paucis aperiã. Ea est, ni fallor, quæ *cruciata* dicitur herbarijs. humi ferè serpit, digitali longitudine, folio angusto, longo ternos ferè digitos, hirsuto, ab radice lanoso, & canescete. In cauliculorum cacuminibus capitula tanquam pertusa, in quibus flosculi dehiscunt, nigricantes: semine spissa occultitur lanugine, vt vix queat conspici,

radice exili. Nec me fugit quādam fruticis speciem *patam leonis* vulgo nominari, folijs quincuncialibus, angustis, herbaceis, lentè fimbriatis, graui odoratu, leonini pedis effigie, ramulorum cacumen vestientibus, de qua in consilagine disseruimus. Hippoglosson frutex est paruus folia habens figura myrti syluestris, & gracilioris, coma spinosa, & in ijs ceu ligulas, folio paruo, de folijs exeūte. Capitis dolorem corona ex comis eius imposita cōminuit. Malagmatis miscetur. Hippoglosson hodie vulgus Italicū *bonifaciam* vocat, multi *paganam linguam*. Frutex est folijs oxymyrsinæ cōcanis, spinosis, è quibus folium exit minutū linguæ forma. Tradunt ex vino potam strangulatibus vteri succurrere: hernijs ab lapsu interaneorum extuberantibus mira celeritate mederi. siquidem dissiliencia iungit protinus, sed infibulandus est æger aut fasciandus primis diebus, ne rursus foras intestina prorumpant.

Antirrhinon. Catanance.

Cap. CXXXI.

ANtirrhinon, siue anarrhinon, à quibusdam lychnis agria inuenitur nominari, herba est anagallidi folijs & caulibus similis, flore purpureo, ad effigiem violæ albæ, propter quod syluestrem lychnim appellauerūt, semine vituli naribus simili cōspectu. Theophrastus antirrhinon aparinæ similē facit, fructu vitulinas æmulante nares, radice nulla, siue minima. Hac perunctos venustiores fieri, vitæ que gloriam consequi magica vanitas prodidit: quare ijs, qui sibi commendatiorem famā volunt aucupari, vtilem commemorant. Antirrhinon, siue anarrhinon, siue lychnis agria Plinio similis lino traditur, radice nulla, flore hyacinthi, semine vituli nariū. Hoc perunctos venustiores fieri, nec vllō malo medicamento lædi posse aut veneno, si quis brachiali habeat, arbitrantur magi. Similem lino fecit Plinius, corrupta vt suspicor lectione, pro aparina. Galenus hanc & bucranion, hoc est bubulum vel vitulinum caput dici meminit. Florem violæ albæ ei contribuit Dioscorides, Plinius hyacinthi: nescio an ianthino, hoc est violaceo potius esset legendum, nam & rura nostra ferè *oculum catti* vocant hodie, vel *moronem violetum*, quod violaceum flos præferat colorem. herbula nanque est caule & folijs anagallidis, flore purpureo, paruo, semine vituli narium, nam fructus excusso flore vitularum nariū rudimenta quædam exprimunt. Si quis adalligatā gestet nullo malo medicamēto lædi posse putatur. Ex eodem perunctos cum oleo Susino aut Cyprino venustiores commēdatiorēsque fieri tradunt. Strangulatum à vuluis mensiūmq; difficultatem cum rosaceo & melle singulartiter emendat. Brachiali appensum amuletum esse volunt. Herba scorpionibus adeo contraria, vt omnino ea visa torpescant. Radicem eius Asiani bolitem vocant, qua adalligata oculorū albugines tolli dicuntur. Paulus ei eandem vim attribuit quam bubonio, inefficaciorem tantum. Catanance differentias habet duas, altera folio longo vt coronopus, radice tenui, iunca, capitulis senis septenisque, in quibus semen eruo simile. Flectitur exarescens in terram, & ad speciem vnguium milui exanimati se contrahit. Altera mali exigui magnitudine cōspicitur, radice parua ceu oliuæ, folijs quoque oleæ figura & colore, mollibus, inclinatis in terram, diuisis, semen in virgulis foraminibus peruium, minutū, ciceris effigie. Quidam vtriusque naturam conuenire ad amatoria, mulierēsque in

Theſſalia vti eis aſſerūt. Catanancen Theſſalam herbam, qualis ſit, à ſe deſcribi Plinius ſuperuacuum duxit, cum ſit vſus eius ad amatoria tantum. Illud non ab re eſt dixiſſe, ad detegendas magicas vanitates, electam ad hunc vſum coniectura, quoniam areſcens contraheret ſe ad ſpeciem vnguium milui exanimati. Eadem & cauſa ſiletur ab eodem cemos. Huius tamen ſecunda ſpecie inuenitur ab herbarijs noſtris *biftorta* nomine, nam mali parua magnitudinē refert, radice parua ceu oliuæ, folijs quoq; figura, & colore oleaginis, mollibus, humi iacentibus. Semē vt cicer in virgulis dependet, multis peruium foraminibus. Profecto gentilis aut germana ei videtur nonnullis *biftorta*, folio oleagino, à terra cæſio, ſuperne viridi, flore rubro concoloriq; radice conuoluta & in ſe cōtorta, inde non men *biftortæ* traxit, ſemine in furculis canaliculaceo ciceris figura.

¶ *Tripolion.*

Cap. CXXXII.



Tripolion naſcitur in maritimis vbi allidit vnda, iterumq; retro com meat, neq; in mari neq; in ſicco plane. Folia iſatis habet, arida, ſed craſſiora, caulem palmo altū, in mucrone diuiſum. Huius flores tradunt ter in die mutari, candidos mane, purpureos meridie, puniceos ſole occidente cōſpici, radice alba, odorata, calidi guſtus. Plinio in maritimis naſcitur ſaxis, vbi allidit vnda, neq; in mari, neq; in ſicco, folio iſatis, craſſiore, caule palmeo, in mucrone diuiſo, radice alba, odorata, craſſa, calidi guſtus. Datur hepaticis in ſarere cocta. Hæc, inquit, herba eadem videtur quibusdam quæ polium, cuius folijs idem contribuit quod Dioſcorides tripolij floribus. Folia polij, vt tradunt, mane candida, meridie purpurea, ſole occidente cærulea aſpiciuntur: quæ floribus tripolij peculiariter ab authoribus tribuuntur, manifeſto errore eorum, qui tripolion & polion eandem eſſe herbam exiſtimant, deſcriptionibus earum longe diffidentibus. Quid veteribus fuerit tripolium, non facile fuerit explicare, tam controuerſæ ſunt etiam authorum ſententiæ. Mauritanis fuiſſe *turbit* nemo inſicias ibit, qui Dioſcoridem citantes in teſtem, eadem verbotenus de ſuo *turbit*, quæ de tripolio Dioſcorides, pronunciarūt. Aliter ſentit Actuarius, vir magnæ apud Græcos authoritatis, longe tamen Galeno ac Paulo poſterior, qui interdum medicinas barbarorum nominibus exprimere ſolet, in medicamento mentione quo luteæ aquæ deiectionem molitur, turpeton pityuſam aliàs dici meminit. Nec multo poſt, ſubiungit, Si pituitam velis per aluū inanire, addes alypiam, hoc eſt turpet album: quaſi duplex apud eum ſit turpeton ſiue turbit, vnum pityuſæ radix, quæ dicitur officinis *efula*, alterū quod alypi radix intelligatur, ſed hoc candidum tourpeton cognominat. Alypon idem vocat frutiſoſam herbā, ſubrudentē, exilibus feſtucis, minuto folio, flore nigro, copioſo, læui, radice betæ, ſucco acri madida, ſemine epithymi. gignitur in maritimis. Hoc, vt arbitror, eſt quod omnibus fere officinis inter legitimi probationes & experimēta quaritur, vt ſit album, gummoſum. Minus candicat quod è pityuſæ radicibus eruitur. Neutrum tamen conſtat eſſe Dioſcoridis aut Plinij tripolion, cum radices, ſi nares conſulantur, non ſentientur odoratæ, quales in tripolio notantur. Subſcribunt partim Actuarij iudicio nonnulli recentiores Græci, qui radicem pityuſæ apud Dioſcoridem turbet appellari ſubdiderunt, id tamen adiectitium eſſe

putamus. quapropter turbit album recentioribus Græcis radix est alypiæ: alterum pityusæ, siue nunc nominatæ esulæ. Qui familiæ Arabicæ authores, etiam Actuarius posteriores, turbit radicem herbæ folia ferulæ minora ferentis, & lacte turgentis, radicem vel alypiæ vel pityusæ intellexerunt, quarum vtraque succo madet acris: quos omnes ferè sequuntur nostrates officinæ. Radix tripolij in vino dum denariorum instar aquas per aluum trahit & vrinas. Conciditur in medicamenta quæ vocantur alexipharmaca.

¶ *Adiantum. Trichomanes. Xanthion.*

Cap. CXXXIII.



10 **A**diantum Romani cincinalem, alij terræ capillum, alij supercilium terræ vocant. folia sunt parua vt coriandri, diuisa cacuminibus, cauliculi quibus erumpunt prætenues, palmum alti, nigro colore nitent. folia filicis exigua, sine caule, sine flore, sine semine, radice inutili. Adianto miraculū est, æstate viret, bruma non marcescit, aquas respuit. Perfusum, & vt est author Theophrastus, 15 mersum aqua foliū nō madescit, sicco semper simile: tantaque deprehenditur dissociatio, vt nihil aquæ videatur adhæsisse, vt vnde & nomen à græcis, alioqui frutici topiario. Quidam polytrichon vocant, alij callitrichon, vtrunq; ab effectu. Tingit enim capillum, & ad hoc decoquitur in vino cum semine apij, adiecto oleo copioso, vt crispum densumque faciat. Duo genera eius, candidius & nigrum 20 breuiusque, Theophrastus assignauit. Vtrique ramuli nigro colore nitent, folijs filicis, ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt, omnia autem contrarijs pediculis densa. Inter se ex aduerso radix nulla ferè. Umbrosas petras parietumque aspergines ac fontium, maxime specus sequitur, & saxa manantia: quod miremur, cum aquas non sentiat. Perpetuo viret adianton, eique æterna, vt multis arborum, sunt 25 folia. Nomen ab euentu duxit, quod folium eius perfusum aqua non madescat, radice tam parua vt possit nulla existimari. Locorum opacitate gaudet. Perdisces in bellum armantur huius herbæ cibo. Adiantum capillus Veneris à Theodoro dicitur. Hallucinantur officinæ, quæ diuersum longè ab adianto capillum Veneris ostendant, cum idem esse bonarum literarum studiosis euidentius sit, quam vt debeat demonstrari. Adiantum, quæ etiam vulgo capillus Veneris dicitur, pedali 30 consurgit proceritate, folio mollissimo, paruo, coriandri diuisura, filicis effigie, aduersis pediculis capillaceum ramulum vtrinque circumstantibus, colore ex viridi nigricante, sterilis & flore seminèque vidua: sed neque dignam commentatione fundit radicem. Horus Apollo scribit vpupam auem vix morbo tentatam adiantum ori inditum obuersare: quapropter Aegyptij hominem sese sanantem hoc 35 figurarum inuolucro designant, vpupam & adiantum herbam appingentes. Calculos è corpore mire pellit, frangitque vtrique nigrum: qua de causa, potius quam quod in saxis nasceretur, à Latinis saxifragum appellari credidit Plinius. Bibitur è vino quantum terni decerpere digiti. Vrinam cient, serpentium & araneorum 40 venenis resistunt. In vino decocti aluum sistunt. Capitis dolores corona ex his sedat. Contra scolopendræ morsus illinuntur, crebro auferendi ne pereant. hoc & in alopecijs. Strumas discutiunt, furfurisque in facie, & manantia capitis vlcera. Decoctum ex ijs prodest suspiriosis, & iocineri, & lieni, & felle suffusis, & hydro picis. Stranguriæ illinuntur, & renibus cum absinthio. Secundas cient & mēstrua.

Sanguinem sistunt ex aceto aut rubi succo poti. Infantes quoq; exulcerati per-
 unguntur ex ijs cum rosaceo & vino prius. Folium in vrina pueri impubis, tritum
 quidem cum aphronitro, & illitum ventri mulierum, ne rugosus fiat præstare
 dicitur. Perdices & gallinaceos pugnaciores fieri putant, in cibum eorū additis,
 pecorūq; esse vtilissimos. Decoctū ex herba, vt Dioscoridi placet, suspiriosis &
 anhelantibus prodest. Datur & felle suffusis, lieni, vrinæ difficili. Calculos fran-
 git, aluum cohibet, serpētibus resistit. Pota in vino stomachi fluxionibus mede-
 tur. Menses ciet & secundas, sanguinis reiectiones sistit. Illinitur cruda ad ser-
 pentium morsus. Alopecias pilo restituit, strumas discutit, furfures in facie, &
 manantia capitis vlcera cum lixiuio emendat. Capillum defluentē continet, &
 densat cum ladano, myrtino Susino & hyssopo vinōq;. Furfures exterit omniū
 generū in corpore & capite. Gallinaceos, & coturnices pugnaciores fieri putant
 in cibis eorum addita: pecori quoq; vtilissimā prædicant in ouilibus satam. Vm-
 brosa, palustria, parietūmq; aspergines persequitur, circa fontes & spelūcas pro-
 ueniens. Trichomanes Romanis capillaris, aliqui pinnulam, alij filiculā, aliqui
 adianton & hęc vocarunt. nascitur eisdē in locis filici similis, admodum parua,
 folio à lateribus in versum & ordinem quendam cōdito, tenui, & figura lenticu-
 læ, contrarijs ex aduerso pediculis. Ramuli, ex quibus emicant folia, explende-
 scunt, graciles, colore subnigro, acerbo gustu. Cum priore effectu pari. Tricho-
 manes multis alterum genus adianti, cognomine callitrichi, breuius & nigrius,
 tenuissimis iuncis, radice minima, gustatu feruens. Primū genus adianton iuncos
 habet cādidiore, & folia plura, maiori frutice. Trichomanes hodie nostræ vo-
 cant officinæ cum suis herbarijs, *polytrichon*, vulgo herba nota vel græca nomē-
 clatura, cauliculis iunceis, quincūcialibus, statim penē à radice foliatis, fronde ro-
 tunda, lenticulæ forma, aduersis inter se pediculis, subfusca, sine flore, sine semi-
 ne. Nascitur in parietinis, vmbrosos fontium specus, & murorum aspergines se-
 quēs. Polytricha, vt Plinius est author, distat à callitricha, quòd iuncos albos ha-
 bet & folia plura, maiorāq;, frutice quoq; maior est. Defluentem capillum con-
 firmat & densat. Callitrichon hodie vocant herbarij *saluiam transmarinam*, indi-
 gnore errato quàm quod explodi mereatur, quando inter capillacea, quæ vo-
 cant, genera, herbam collocent, folio elelisphaci, maiore, odorato, sesquipedali
 caule, leniter hirsuto, in quadrangulū striato, flore subcæsis, in aquilini rostri effi-
 giem falcato, calyculis gallinacæ cristæ forma. Quid ea cum trichomane com-
 mune habet, aut cum callitricho, aut polytricho? nempe non video. Nam illud
 trichomanes, à luxuria capillitij nomen adipiscitur: polytrichon, quod capillorum
 multitudinem creet: callitrichon, quòd crines denset, crispet, pulchriorēsq; red-
 dat. Xanthion aliqui aparinen appellauere, lappam Romani. nascitur pingui-
 bus locis, & vbi lacus obaruerūt, caule cubitali, anguloso, pingui, alas plures fun-
 dente, folio atriplicis incisuras habēte, odore nasturtij, semine rotundo ceu grā-
 diore oliua, spinoso, platani pilula, vestium cum tangitur tenaci. Nomen ei pu-
 tauerim ab effectu inditū, quòd rufet capillum. Non creditur à quibusdam xā-
 thion ab aparina superius descripta differre. Sed cur, obsecro, Dioscorides & Ga-
 lenus, & cæteri diuersas habuere, duobus seorsum locis de ijs prodentes? Quid
 quòd in omnibus græcis exemplaribus, aparina ex interuallo stellata pingitur
 quasi rubia: xanthion multo aliter, folio atriplicis? A Galeno & Paulo xanthion

vocatur, philanthropos ab Aëtio, ab herbarijs hodie *lappa minor* & *lappa inuersa* nominatur. siquidem ea folia habet atriplicis diuisa, nasturtium olētia, fructum grandis oliuæ modo rotundum, vt pilula platani spinosum, qui contactu vestibus adhærescit, caule cubitali, anguloso, pingui, crebras spargente alas. inuenitur læto & pingui solo, & lacubus exiccatis. Nucleus qui in echinata pilula clauditur à pueris estur dulci & grato cibo. Semen antè quàm inarescat collectum, & tusum in fictile, capillum reddit flauum, si cum vsus exigit, hemina vnius instar in aqua tepida capiti collinatur, vtique si præparatum antè nitro sit caput. Alij in vino tundunt, & ita seruant. Semen aptissime tumoribus imponitur.

10 **Ægilops. Bromos. Glaux. Polygala. Osyris.** Cap. CXXXIII.



15 **A**egilops Romanis auena, festuca est folio tritici molliore, summo in capite semina bina vel terna quæ rubent, in quibus aristulæ capillamenti modo prætenues visuntur. Hæc morbum eiusdem nominis oculorum sanat, illita discutit duritias. Exprimatur succus ex ea, quæ in eisdem effectus permixta farina siccât.

20 Aegilops necat hordeum, in quo maxime nasci amat. Plinius auenam græcam vocauit. Hæc non nisi post annum semine suo gignitur. Vere pilosum ei foliū vt lolio, non tamen vt illi pingue, immitis aspectu. Solum emaciat, radice culmōq; multiplici. Melius in culto prorumpit. Remediū est vt arua
 25 biennium quiescant, tum plane luxuriantem eam immissum pecus obterat consumatq;. De hac inter frumēta diximus. Bromos Italia nominat auenam. Similis est ægilopi bromos, & hæc est auena syluestri fere habitu, inter vitia segetis spicam ferens, radice copiosa, & multiplici culmo sparsa, de qua inter legumina diximus. Naturam habet siccandi, proinde in aqua decoquitur, donec se
 30 succus ad tertias contrahat. Hic colo effusus miscetur melli æquis portionibus, deinde iterum coquitur dum crassitudo liquidi mellis euadat. Facit ad ozænas, si linteolū eo imbutū naribus adigatur. Prodest & per se appositus. Quidā aloën subigētes admiscēt, vtunturq; ita quibus anima foetet. Decoquitur cū rosa sicca in vino. Glaux folia cytisi aut lenticulæ habet, auersa candidiora, supernè
 35 virētia: rami à terra quini senīve, palmei, tenues ab radice, flores albæ violæ, sed minores & purpurei exeūt. inuenitur iuxta mare. Glaux, quemadmodum narrat Plinius, eugalacton antiquitus vocabatur, cytiso & lenticulæ folijs similis, auersa candidiora. rami in terram serpunt quini senīve, admodum tenues ab radice, flosculi purpurei exeunt. inuenitur iuxta mare. Eugalacton ex facto nominabatur, & à quibusdam non glaux, sed glax, & galax à lacte pronunciatur.
 40 Hac descriptione inuenitur apud nos herba cytisi similitudine vel lenticulæ, folijs in ordinem vtrinq; digestis, subter cæsij, supernè viridibus, ramulis quinis senīve nihil à solo se attollentibus, flore purpureo, paruo, siliqua terete non in aduncum vt fœnigræci corniculata. Frequens apud nos iuxta specus aquosos & in veteribus foueis: sed nullum apud nos inuenit nomen. Coquitur in sorbitione similaginis ad excitandam vbertatem lactis, eamq; qui hauserint balneis vti conuenit. Vtuntur cum hordeacea farina in sorbitione, ad reuocandam extincti lactis fœcunditatem. Polygalon palmi altitudinem petit, lenticulæ folijs, gustu subacerbo. Hæc pota lactis abundantiam molitur. In caule summo

folia lenticulæ, astricto gustu. Plinio palmi petit altitudinē, quæ pota lactis abundantiam facit, inde nomen ab effectu. O syris furculus niger, ramulos tenues, lentosq; fert, & in ijs folia terna & quaterna, modo quina, interim & sena, ceu lini nigra initio, dein colore mutato subrubra. O syris, vt Plinius scriptū reliquit, ramulos fert nigros, tenues, lentos, & in ijs folia nigra ceu lini, semēnq; in ramulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens. Ea officinis omnibus incognita osyris nomine, nāq; à similitudine nouū emendicarunt vocabulū, *linariam* appellantes, quo nemini nō noscitur. siquidem *linaria* cauliculis fruticat nigricantibus, lentis, tenuibus, atris quoq; folijs, lini facie, cōcolori semine tātis per dum maturescit, postquā ematuruit rubescente. senescentes quoq; ramuli nigritiam in ruborem vertūt. Nulla igitur deliniationis nota osyridi tradita, in *linaria* deesse reperietur. O syrias aliquibus etiam dicitur, non ignota mulieribus: quæ cutē emaculari flagitant, smegmata faciunt ex ijs. Radicum decoctum potu sanat arquatōs. Eadem, priusquam maturescat semen, cōcisæ & sole siccatae aluum sistunt. Post maturitatem vero collectæ, & in sorbitione decoctæ rheumatismis vētris medentur, & per se tritæ ex aqua cælesti bibuntur. Decoctum herbæ potum regium morbum discutit.

¶ *Smilax aspera. Smilax lauis.*

Cap. CXXXV.



Smilax aspera folio periclymeni, ramulis exilibus, multis, paliuri modo aculeatis. Repit per arbores ambiendo eas ab imis ad summas vsq;. Semē in racemis labruscæ modo cohæret, rubro colore cū ematuruit, gustu leniter mordaci, radice crassa, prædura. locis palustribus & asperis enascitur. Sequitur Theophrasti de smilace sententia, *Smilax hederæ* genus est Cilicia cognomine, importata est ex ea terra in Græciā, folio in cacumen pinnato quidem, sed in angulum depresso, nec tamen anguloso, hederaceo, paruo, & vbi pediculo adalligatur ferè madido, medium callum, spinæ modo tenuem habente, stamināq; nō porrecta ex eo vt in cæteris folijs, sed circa eum coacta in orbem ab annexu pediculi, ex quo & iulus quidem gracilis, & conuolutus pampini modo emittitur, flore candido lilium olente, fructu solani aut melothri, etiamnum labruscæ, racemis vt hederæ pendentibus, aut vix labruscæ potius, quoniam ab eodem pediculi acinorū exeant. Acinis color ruber, complexis nucleos binos, maioribus ternos, minimis singulos. Nigri sunt nuclei atq; duri. Peculiare habēt racemi quòd latera caulium sepiunt, quòdq; vnus omnium grandissimus propendet summo caule, vt in rhamno atque rubo. Flore huius coronarij vtuntur quanquam syluestri, vt & spinæ acutæ. Similis, authore Plinio, hederæ, è Cilicia primum profecta, sed in Græcia frequentior, quam vocant smilacem, densis geniculata caulibus, spinosa, fruticosa ramis, folio hederaceo, paruo, nō anguloso, à pediculo emittēte pampinos, flore candido, olente lilium. Fert racemos labruscæ modo, non hederæ, colore rubro, complexa acinis maioribus nucleos ternos, minoribus singulos, nigros durósque. Infausta omnibus sacris, & coronis, quoniam sit lugubris, virgine huius nominis, propter amorē iuuenis Croci, mutata in hunc fruticem. Id vulgus ignorans, plerunq; sua polluit festa hederā existimando. Ex smilace fiunt codicilli, propriūmq; materiæ est, vt auribus admota

leuem sonum reddat. Duo smilacis genera, vt idem inquit, fecere. alterum im-
 mortalitati proximum, in conuallibus opacis scandentem arbores, comantibus
 acinorum corymbis, contra venenata omnia efficacissimis. Alterum genus cul-
 ta amare, & in ijs gigni, nullius effectus. Smilacis folia in coronamenta se dede-
 re, quam & autophoron & asperam apud eum video cognominari: coronā ex
 ea factam impari foliorum numero capitis doloribus mederi. Smilacis semē &
 folium antē & post sumentibus cōtra venenata omnia efficax est. Traditur &
 succo acinorum infantibus recens natis instillato, nulla in posterum venena ijs
 esse nocitura. Smilax læuis folio est hederaceo, molliore, læuigatiorēq; palmi-
 10 tibus præter spinas, quibus carēt, omni alio modo similibus supradictæ. Conuol-
 uit se arboribus, quemadmodū & illa. Semen vt lupini habet nigrū, & exiguum,
 super quod circunquaq; flores exiliūt candidi, copiosi, orbiculati, topiario fruti-
 ce per æstates, folijs per autumnū cadentibus. Læuē Plinius amare culta, & in ijs
 gigni scribit. Smilax læuis proxima quæq; vincit palmitibus sine spinis, tenui-
 15 bus, lōgis, folio hederaceo, molliore, læuiore, fructu lupini modo nigro, exiguo,
 floribus in cacumine perpetuis, multis, rotundis. Huius sarmenta nullis horrent
 spinis, ex quibus per æstatem topiario opere contra æstus iniuriam attegix con-
 finguntur. Folia per autumnum decidua plurima. Hæc circa ipsa Tempe viret,
 saxa operiens, conspicuo nitore oculos tenens vt Helianus scribit: quanquam
 20 etiam de smilace hortensi, quæ dolichos sit, videri potest idem dixisse. Est autem
 vt arbitror dolichos, quam Plinius siliquam vocauit syluestrem, locis aliquot au-
 thoris eius in se collatis. Siliqua, inquit, omnis dira adhærendo: & circa Tempe
 Thessalica quæ dolichos. Addit, circa Thessalica Tempe mirū siliqua syluestris
 amplecti radicibus fontem eum dicitur, semper florēs purpura. Vitruuius tamē
 25 hanc, quæ circa Thessalica Tempe nascitur, non herbam sed arborem intelligit.
 In Thessalia, inquit, fons est profluens, ex quo nec pecus vllū gustat, nec belua-
 rum genus vllum propius accedit, ad quē fontē proxime est arbor florens pur-
 pureo colore. Læuē smilacē nullius esse effectus Plinius refert. Galenus similes eā
 vires habere prædicat quas aspera. Huius semē Dioscorides cum dorycnio, vt
 30 tribus obolis ytrunq; capiatur, somnia multa, & turbulenta facere credidit.

¶ *Myrtus syluestris, ruscum. Laurus Alexandrina.* Cap. CXXXVI.



35 **M**Xymyrsine, siue syluestris myrtus, Romanis ruscum dicitur,
 folijs myrti latioribus, cuspidis specie, mucronato cacumine,
 baccæ per maturitatem rubescunt à medijs folijs depēdentes,
 duritia nucleo ossea, radice graminis gustus astricti, subsalsi, à
 qua ramuli viticis, frequētes, lenti. Oxymyrsine, vt ait Plinius,
 myrtus est syluestris, quam alij chamæmyrsinen, alij acoron à
 similitudine. hæc est enim breuis, fruticosa. Baccis rubentibus, & breuitate à sa-
 tiua distat. Castor oxymyrsinen myrti folijs acutis, ex qua fiunt ruri scopæ, ru-
 40 scum vocauit: inter spōte nascentes idoneam cibis numerat, qua pleræque gen-
 tium vtantur. *Bruscum* hodie, addita litera, licet corruptè, vocant officinæ, hu-
 milem herbam, fruticosam, folijs acutis, & mucrone rigentibus, dependētibus à
 medio baccis quæ per maturitatem rubescunt, osseo intus nucleo, ramulis cubi-
 talibus, vitilium modo lentis, foliosis, fractu cōtumacibus, radice graminis acer-

ba, subamara. Alterū genus nonnulli faciunt, quod proceritatē arborum æquet,
 folio lato, duro, & per angulos aculeato, immortali quoque virore, baccis ru-
 bentibus & racematim collectis. hanc Galli *houffum* vocant. Fiunt ex ambabus,
 ad detergendam infumibulorum fuliginem, scopæ. Gaudent opacis, neq; alibi
 temere nascuntur. Cæterū eam supra genus esse aquifoliæ ilicis docuimus. Scio
 rusci fructum, *cubebas* Mauricè vocatas credi. Sed ab ijs dissentio qui hoc adfir-
 mant, in testimonium citans Actuarium & Aëtium, qui in multis recentiorum
 compositionibus à se traditis, *cubebas* & *combebas* à Græcis dici carpesion adfir-
 mant. Galenus certè, id quod medici cubebas vocant, ipse carpesion appellauit.
 Duorum generum, Ponticū & Laërtium, à montibus Pamphiliæ, vbi frequens
 est, ita dictū. Inuenire & in Sida copiosum tradit, oppido Pamphiliæ, & effectum
 ei tribuit qualem ipsi phu, gustum quoq; similē, tenuioris etiamnum hoc, subti-
 lioris substantiæ, propterea plus virium in eo esse purgandis & exterendis inte-
 stinis quæ sunt occlusa: non tamē par virtute penetrandi casia, nedum cinamo-
 mo, etiam si Quinto, inquit, ita videatur. Vrinam cit, renes calculis laborantes
 liberat. Est autem odoratum semē carpesium, hoc est cubeba. Foetent syluestri
 myrti baccæ dum recentes sunt, ossa in ijs duritia: in carpesio nihil tale reperi-
 tur. Illud obiter dixerim, superuacuum existimo in re confessa longiorem mo-
 ram ducere, præsertim cum plura de carpesio supra narrauerimus. Tradunt cla-
 ram vocem facere pronunciantibus, si contineatur ore, ideo aliqui eloquentes
 nunquam sine hoc semine concionabantur: sed multam cit pituitā, quæ dicen-
 tes aut orantes turpi proluvie sputi conturbat. Sed & aliam quoq; dotem præ-
 dicant, maiorem in venereo concubitu voluptatē sentiri qui habeant id in ore:
 quasi nō satis sit in ea titillatione mens cōmota, nisi doceamur, quemadmodum
 nos venus adminiculatior & violentior transuersos auferat. Sed iam ad ruscum
 redeamus. Radix in honore est, decocta vino ad renum dolores potā, & diffici-
 li vrinæ, præcipue crassæ & grauiter olenti: morbo regio & vulnarū purgatio-
 ni trita cum vino: cauliculi quoq; incipientes asparagorum modo in cibo sum-
 pti, & in cinere decocti. Semen in vino potum, aut oleo, aut aceto, calculos fran-
 git: itē in aceto & rosaceo tritū capitis dolores sedat, & potum regiū morbum.
 Radix decocta bibitur alternis diebus in calculorū valetudine, & tortuosiore vri-
 na, vel cruenta. Radicem pridie erui oportet, & postero mane coqui, ex eo sex-
 tario vini cyathis duobus misceri. Sunt qui crudam radicem ex aqua bibant. Et
 in totum, ad virilia cauliculis eius in vino & aceto tritis, nihil vtilius putant. Fo-
 lia & baccæ Dioscoridi in vino potæ vrinas cient, menses pellunt, vesicæ calcu-
 los rumpunt, stillicidia vrinæ sanant & capitis dolores, regio morbo medentur.
 Nascitur in asperis præcipitijs. Decoctum radicis in vino potū eosdem præbet
 vsus. Cauliculi recentes asparagorū loco in cibos recipiuntur, esu quidē amaro,
 sed vrinas pellēte. Laurus Alexandrina, aliqui Idæam, alij hippoglossion ap-
 pellare malunt, folio myrti syluestris, molliore, candidiore, maiore, seminis inter
 folia magnitudine ciceris rubri, ramos spargit à terra dodrantes, eóq; amplio-
 res, radice myrti syluestris, maiore, odorata, teneriore. inuenitur in montosis. Est
 &, vt Plinius scribit, Alexandrina laurus, quā aliqui Idæam, alij hippoglottion,
 alij daphnen, alij carpophyllon, alij hypelaten vocāt, ramos spargit à radice do-
 drantes, topiarij ac coronarij generis, folio acutiore quàm myrti, molliore &

candidiore, maiore, femine inter folia rubro. plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti. Nec nisi in montosis vidimus hac effigie, folio paulo rusci maiore, molli, nec rigido, femine inter folia rubro, ramulis in terram sparsis, dodrantalibus, radice myrto syluestri proxima, molli. Laurus Alexandrina, siue Idæa partus celeres facit, radice pota trium denariorum pondere, in vini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit, mensēsque, eodem modo pota. Difficiles partus accelerat pota senū denariorum pondere in vino dulci. Stranguriæ prodest. Menses elicit, fœmināsque purgat.

¶ *Daphnoides. Chamædaphne.* Cap. CXXXVII.

Daphnoides alij eupetalon, alij chamædaphnen, alij peplion dixerunt, frutice sesquipedem alto, ramoso, ramis flexilibus, sursum versus foliosis, cortice virgas vestiente glutinosissimo atque inextricabili. Folia vero lauri molliora, valida nec fragilia, quorū gustatu os & fauces accendantur, flores candidi, bacca cum ematuruit nigra, radix superuacua. nascitur in montibus. Id, etiam Plinio authore, quod daphnoides vocatur, genus in nominum ambitu est. alij enim pelagum, alij eupetalon, alij stephanon Alexandri vocant. Et hic frutex est ramosus, crassiore ac molliore quàm laurus folio, & cuius gustatu accendatur os, baccis è nigro rufis. Nec illud præteribo, Plinium daphnoidi crassiora quàm laurus folia cōtribuisse, Dioscoridem graciliora. Adijcio Dioscoridis mihi verba non videri, quibus dicitur alypo similē hanc herbam esse, floribus nymphæ, quanquam inueniam qui alypoides hanc vocent. Herbarij nostri hanc appellant *laureolam*. siquidem laureola frutex noscitur ramosus, cubitalis, molliori angustiorique quàm laurus folio, tristi aspectu, flexilibus virgis, supra modum viscosis, versus cacumen foliosis, flore candido, bacca cum percoxit atricoloris, fronde fractu contumaci, cuius gustatu mordeatur os, incensumque guttur vellicetur, radice inutili. Daphnoides, siue syluestris laurus, aluum soluit recenti folio vel arido, drachmis tribus cum sale & hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium & vomitus, stomacho inutile. Sic & baccæ quinæ denarve purgationis causa sumuntur. Pituitosa folio recenti vel arido exigit per aluum. Vomitiones mensēsque cit. Commanducata capitis elicit pituitam, sternutamenta mouet. Baccæ quindecim potæ aluum resoluunt. Chamædaphne. quidam & hanc daphnen, alij laurum Alexandrinam vocant, alij daphniten, alij hydragogon, Romani laureolam siue lauraginem, vnico ramulo, cubitali, recto, tenui, atque læui, folio lauri similitudine, multo læuiore, & magis herbaceo. Semen rotundum, rubens admistumque folijs quibus supernascitur. Chamædaphne Plinio vnico ramulo est, cubitali fere, folio tenui, lauri similitudine. semen rubens admistum folijs. Hanc vt priorem herbarij vocant. namque vnico ramulo & cubitali, erecto, tenui, folio laureo, tenui, multo læuiore, acini rubentes, rotundi, folijs annexi quibus agnascantur. Eadem Plinio vincaperuinca esse videtur. Profecto chamædaphne longe diuersa est ab ea quæ vincaperuinca dicitur, quòd in cubitalem assurgat altitudinem, vt Dioscorides tradit, & Plinius ipse confirmat, acinis rubris, qui folijs promiscui pendent. Vinca vero peruinca topiaria est herba, virens in modum lineæ, folijs geniculis

latim circundata, veteribus inopiam florum supplere solita, quæ non attollitur sed humi serpit, & se in modum funiculi porrigit vicina quæque vinciens, vnde nomen, flore in purpuram cæruleo. Vincam peruincam tamen dici Plinio chamædaphnen placuit, quòd humilis videatur laurus, vt nomen sonat. Verum, vt testatum relinquitur aliud non idem genus esse. Alioquin & medicinarum quoque prorsus variant. Hydropicis & auribus & aluinis prodesse vincaperuinca dicitur: chamædaphne vero illinitur capitis doloribus recens, ardores refrigerat. Ad tormina cum vino bibitur. Menses succus eius & vrinam cit potu, partúsque difficiles in lana appositus. Illinuntur capitis doloribus folia, vt testatur Dioscorides. Stomachi mulcent ardores, tormina potu mitigant. Potus cum vino succus menses & vrinas ciet. Idem appositus peflo præstat.

☉ *Elleborus candidus.*

Cap. CXXXVIII.



Elleborum candidum Itali veratrum album appellant, folia ei plantaginis atque betæ sylvestris, hæc quoque breuiora nigrioraque, & canalium dorso rubentia, caule palmi, concauo, multis conuoluto tunicis, quas abdicat cum incipit arescere, radix capillamentis multis fibrata, oblongo capite, ceparum modo coëuntibus. nascitur in montanis & macris. Tempestiuum messibus vellere. Nigrum à candido radice tantum differre tradiderunt, alij folijs quæ candidum continuo radici annexa & humi sparsa habeat, caule ferulaceo, breuiore quàm albusci. Idem folia betæ incipiētis, nigriora, & canalium dorso rubescentia, caule bulborum tunicis conuoluto, radice fibrata ceparum modo. Frigidis gaudet. In Anticyra commodissimè purgari eius quod sesamæ similitudinem habet Theophrastus adfirmat, sed hoc sesamoides vocatur. Cornu turnicibus semen ellebori gratissimum scribit Aristoteles, quam ob causam antiqui damnauere mensis, nunc magnopere quærentur. Candidum multis apud nos locis rustici *verarum* vocant, officinæ *elleborum album*, folio plantaginis sed paulo atrioribus, & canalium dorso rubescentibus, caule quincunciali, ferulaceo, bulborum tunicis obuoluto, radice cepæ modo multis fibris capillata. Plurimum nascitur in Oeta monte, & optimum vno eius loco circa Pyram: secundus locus Pontico: tertius Eleatico, quod in vitibus gigni ferunt: quartus Parnasio, quod adulterant Aetolico ex vicino. Sunt qui inter hæc Massileoticum laudent. Album cum succiditur caput, vt Theophrastus ait, aggrauat: ideoque celeriter effodi præcipitur, & allium præsumi, & vinum sorberi. quod Dioscorides in nigro seruat. Leguntur tenuissimæ radices breuésque, ac velut decurtatæ etiam eæ. nam summa, quæ est crassissima, cepis similis, canibus tantum datur purgationis causa. Veteres radicem cortice quàm carnosissimo feligebant, quo tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis spongijs opertam, turgescētēque in longitudinem findebant, deinde fila in vmbra siccabant ijs vtentes. nunc ramulos à radice quàm grauissimi corticis, ita dantes. Inciditur & forficulis nunc elleborum, & cribratur, cortex remanet, hoc summoto medulla cadit. Album optimum quod celerrime mouet sternutamenta, sed multo terribilius nigro. Durare vim vtriusque triginta annis putant. Necantur

albo muscæ trito & cum lacte sparso. Galli sagittas in venatu tingebant elle-
 boro, circuncisique vulneribus teneriorem sentiri carnem prædicabant. He-
 rophilus elleborum fortissimo duci æquabat, concitatis enim intus omnibus,
 ipsum in primis exire: ideo errauisse antiquos parcius id præbendo, cum cele-
 rius erumperet quod largius daretur. Reddi post quatuor quoque horas inci-
 pit, totum opus septenis peragitur horis. Nigrum equi, boues, suæque cauent,
 cum impune vescatur candido. Optimum Dioscorides esse scribit rigidum, al-
 bum, fragile, carnosum, nec exacutum aut iunceum, & in frangendo pulue-
 rem emittens, medulla tenui, gustu feruens, nec tamen vehementer, neque sa-
 liuam subinde ciens. quod talem nanciscitur conditionem, strangulat. Lauda-
 tur maxime Cyrenaicum, Galaticum, & Cappadox, & Italicum albius: pulue-
 rosum periculosius & strangulatum concitans. Purgat vomitione variorum co-
 lorum humores. Additur oculorum collyrijs quæ caliginem discutunt. Men-
 struum sanguinem trahit, partus enecat vel appositu, sternutamenta ciet, mu-
 res in polenta cum melle admistu iugulat. Carnes si vnâ coquantur absomit.
 Datur ieiuno per se, aut cum sesamo, aut succo ptisanæ, aut alicæ, aut lentis
 cremore, aut aqua mulsa, aut pulricula, aut alia quauis sorbitione. In pani-
 bus quoque subigitur ac torretur. Cæterum apparatus & obseruatio poturis
 elleborum apud antiquos legatur, qui de ratione & modo dandi eius dicato
 priuatim opere scripserunt. Potissimum Dioscorides accedendum censet Phi-
 lonidi ab Enna, Siciliæ medico, alioqui longum esset ei, qui de medicinali ma-
 teria differit, curationum quoque modos & rationem victus persequi. Porrò
 alij forbendum in pulte præcipiunt, aut in alica copiosa: quidam cibo tenui præ-
 sumpto elleborum obiter ministrant. Quod genus vsu venit, cum poturi sunt,
 quibus præfocatio timetur, aut quibus infirmum exilæque corpus est: ita enim
 tutissimè sumitur, quia minus importunum infestumque munitis cibo alio cor-
 poribus accedat. Balani ex eo admotæ sedi vomitiones eliciunt. Cæterum, vt
 & veterum etiam placita breuiter perstringamus, candidum vomitione magis
 purgat, causasque morborum extrahit. Quondam terribile, postea tam pro-
 miscuum, vt plerique studiorum gratia ad peruidenda acrius quæ commenta-
 bantur, sæpius sumptitauerint. Carneadè responsurum Zenonis libris, Drusum
 tribunorum popularium clarissimum, hoc medicamento liberatum constat co-
 mitiali morbo in Anticyra insula, ibi enim tutissime sumitur, quoniam sesa-
 moides admiscet. Italia veratrum vocat. Farina eius admista radricula, qua la-
 næ lauantur, sternutamentum facit & somnum: sed optimum habetur album,
 quod celerrime mouet sternutamenta: sed multo terribilius nigro, præcipue si
 quis apparatus poturorum apud antiquos legat, cõtra horrores, strangulatus,
 intempestiuas somni vires, singultus infinitos, sternutamenta, stomachi dissolu-
 tiones, tardiores vomitus aut longinquiores, exiguos aut nimios. Quippe a-
 lia dari soliti quæ concitarent vomitiones, ipsúmque elleborum extraherent me-
 dicamentis, aut clysteribus, sæpe sanguinem venis eruisse. Iam vero cum pro-
 sperere cedat, terribilius visu in varijs coloribus vomitionum, & post eas obser-
 uatione alui, balnearum dispensatione, totius corporis cura, antecedente om-
 nia hæc magno terrore & fama. Nanque tradunt absumi carnem si coquatur
 vnâ. Propter hos metus parcius dabant, quod antiquorum erat vitium, cum ce-

lerius erumpat quo largius sumitur. Themison binas non amplius drachmas donauit, sequentes quaternas dedere. Cauendum felici quoque cura, ne nubilo detur die, quippe impatientes cruciatus existunt: nam æstate potius quam hyeme dandum non est in dubio. Corpus septem diebus præparandum cibus acerbis, abstinencia vini, quarto & tertio die vomitionibus, pridie cœnæ abstinencia. Album è dulci datur, aptissimè in pulte aut lacte. Inuenere etiam raphanis dissectis inferere elleborum, rursusque comprimere raphanos, vt transeat vis, atque eo lenimento dare. Vetant dari senibus, pueris: item mollibus ac fœminis nei corporis, animiue exilibus aut terrenis, & fœminis minus quàm viris: item timidis, aut si exulcerata sint præcordia, vel tumeant, minimève sanguinem excreantibus, causarijs vel latere, vel faucibus. Medetur intrà comitialibus, vertigini, melancholicis, insanientibus, lymphaticis, elephantiaæ albæ, lepris, tetano, tremulis, podagricis, hydropicis incipientibus, tympanicis, stomachicis, spasticis, clinicis, ischiadicis, quartanis, quæ aliter non desinant, tussi veteri, torminibus redeuntibus. Medetur extrà corporis eruptionibus, pituitæ cum axungia salsa illitum, item suppurationi veteri. Eodem & phthiriasis emendatur.

¶ *Elleborum nigrum. Sesamoides.*

Cap. CXXXIX.



Blleborum nigrum aliqui melampodion vocant, Romani veratrum nigrum. Melampodium à Melampode nominatum videtur ouium pastore, qui primus veratro purgauerit sanaueritque furentes Præetidas. Folia ei herbacea platani, sed minora & sphondylis proxima, pluribus incisuris, nigrioraque & subaspera, caulis scaber, flos ex purpureo candicans, & vix modo racemosus, semênque in eo vt cnici, quod ab Anticyrensis sesamoides vocatur, in purgationesque adhibetur. Radices nigræ, prætenues ab vno fastigio pendentes cepearum more, in quibus tantum vsus consistit. nascitur asperis collibus siccanis que locis. Folia nigri, nam duo prima sunt huius generis, platani similia, sed minora, nigrioraque, pluribus diuisuris scissa, vtraque caule palmi ferulaceo bulborum tunicis couoluto, radice fibrata cepearum modo. Melampodis fama diuinationis artibus nota est, à quo, tanquã huius inuentione, melampodion appellatur. Alij pastorem eodem nomine reperisse tradunt, capras purgari animaduertente illo, furentesque Præeti filias Elegen & Celænen, dato caprarum lacte, sanasse, cum in Arcadia prope fontem Clitorium elleboro purgatas deprehendisset. Hippocrates certe haud aliter ferè quàm ectomon appellat veratrum ipsum, præcipuèque nigrum. Caulis ei similis candido. Folia quodam loco ei reddidit laurinis similia. Vbique prouenit. Nigro domos suffiunt, purgantque aspergentes se & pecora. Cum precatione solenni & religiosius colligitur. Primum enim gladio circumscribit, & ad ortum spectat qui eruit, precatur vt liceat sibi concedentibus dijs facere. Observantque aquilæ volatus, ferè enim secantibus interest: si prope aduolauerit, moriturum eo anno qui succidit augurium est. Nigrum fere nusquam non nascitur, melius tamen in Helicone, qui mons & alijs laudatur herbis. Purgat per inferna. Veratrum tam nigrum quàm candidum ex Anticyra commendant scriptores. Anticyra vero hæc in Locride siue Phocide sita est vt scribunt. Pausanias & Strabo: nam & ali-